نَكِيثَةٌ Anima; Mens. *Kam. Dj.*; Contrarium *promissioni*, *dicto. Dicitur* قال قولا لا نكيثة فيه. *Kam. Dj.*; Summa diligentia, et potestas. *Dicitur* صرف فيه نكيثته. *Kam. Dj.*; Negotium grave. *Dicitur* وقعوا فى النكيثة. *Kam. Dj.*; Natura, indoles. *Kam.*; Robur. *Kam.*

مُنْتَكِثٌ Macer, extenuatus. *Kam.*

مَنْكُوثٌ Dissolutus et retortus, *de fune. Kam.*

نَكَحَ *F. a. et i. n. a.* نَكْحٌ 1) Perforavit. *Reisk. ad Gol.*; 2) Inivit *feminam c. a. p. Kam.* (*improprie etiam de brutis. conf.* ضرب); *n. a.* نِكَاحٌ Matrimonio sibi iunxit *feminam*, uxorem duxit *c. a. p. Kam. Dj.*; 3) Occupavit *somnus oculum eius c. a. Kam.*; 4) Madefecit *terram pluvia c. a. r. Kam.*; 5) Nupta fuit *femina. Kam. Dj.* IV In matrimonium dedit *mulierem c. a. p. Kam. Dj.* VI *De plur.* Se invicem futuerunt, *de iuvenibus*; Invicem inter se matrimonia iunxerunt. X In matrimonium duxit *c. a. p. Kam. Dj.*

اَلنَّكْحُ Dictum, quo desponderi inter Arabes solebat puella (*uti* الخطب Nomen, quo pronuntiato ea petebatur nuptum). *Kam. Dj.*; Is, qui in matrimonium ducit *vel* petit. (*conf.* خِطْب, طِلْب). *Diw. Huds.*

اَلنُّكْحُ *Idem. Kam. Dj.*

نُكُحٌ Polygamus, qui multum init matrimonia. *Kam.*

نَاكِحٌ *(sine signo femin.)* et نَاكِحَةٌ Nupta. *Kam.*, *huic vel illi familiae c.* فِي. *Dj.*

نِكَاحٌ Congressus venereus. *Kam.*; Matrimonium. *Kam.* *Vocabulum* نكاح *in libro Tarifat inscripto his verbis, quae addere placet, explicatur:* النكاح وهو فى اللغة الضم والجمع وفى الشرع عقد يرد على تمليك متعة البضع قصدا وفى القيد الاخير احترازا عن البيع ونحوه لان المقصود فيه تمليك الرقبة وملك المتعة داخل فيه ضمنا — نكاح السر — هو ان يكون بلا تشهير — نكاح المتعة — وهو ان يقول الرجل لامراته خذى هذه العشرة امتّع بك مدة معلومة نقبلته.

نُكَحَةٌ Polygamus, qui multum init matrimonia. *Kam. Dj.*

مَنَاكِحُ *Pl.* Mulieres. *Kam.*

مَنْكُوحَةٌ Inita *mulier*, *aut* Nupta viro. *Gol.*

نَكَخَ *F. a.* Pugno percussit *in gutture c. a. p. et* فِي *loci. Kam.*

نَكَدَ *F. o.* 1) Summa vi vociferatus fuit *corvus. Kam.*; 2) Prohibuit, impedivit *c. a. r. Kam.*; Recusavit, denegavit, *vel* non nisi parum dedit *c. a. p. Kam.* b) نَكِدَ *F. a. n. a.* نَكَدٌ 1) Durus et angustus fuit, *de vita. Kam.*; 2) Parum aquae continuit *puteus. Kam.* c) *Pass.* A multis rogatus, paucis dedit. *Kam.* II Durum, angustum reddidit *c. a.*, *et* Molestia affecit *c. a. p. Gol.* III Durum et difficilem se praebuit *alteri*, molestiam creavit *c. a. p. Kam.* V Doluit, graviter tulit; Molestia affectus fuit. *Gol.* VI *De plur.* In se invicem duri et difficiles fuerunt. *Kam. Dj.*

نَكْدٌ Paucus. *Dicitur* نَكْدٌ عطاء. *Kam.*; Durus erga alios, ex quo alii utilitatem non capiunt. *Kam.*

نُكْدٌ Paucus. *Dicitur* نُكْدٌ عطاء. *Kam.*; Scorzonera *tingit. Forsk. Flor. Aeg.* LXXII, 143.

نَكِدٌ *et* نَكْدٌ *Pl.* أَنْكَادٌ Durus erga alios, ex quo alii utilitatem non capiunt. *Kam.*

نَكْدَاءُ *Fem. Pl.* نُكْدٌ Lactis copia abundans *camela*, *aut contra* Lactis expers. *Kam.*; Pullo carens et hanc ob causam lacte abundans. *Kam.*

أَنْكَدُ Durus erga alios, ex quo alii utilitatem non capiunt. *Kam.*

مَنْكُودٌ Modicus, paucus, *de dono. Kam.*

مُنْكَدَاتٌ *Pl.* Calamitates. *Fakih. Alchol. p.* ١٣٢.

مَنَاكِيدُ *Pl.* Duri erga alios, ex quibus alii utilitatem non capiunt. *Kam.*

نَكَرَ *F. a. n. a.* نَكْرٌ, نُكُورٌ, نَكَرٌ, نُكْرٌ; نَكِيرٌ 1) Nescivit, non cognovit *rem c. a. Kam. Dj.*, *pec.* pro suo non habuit, nec pro Muslimo sive Muhammedano, *Muhammedanus c. a. p.*; 2) *n. a.* نَكِيرٌ Mutavit. *Dj.*; 3) *n. a.* نُكْرٌ Improbavit, repudiavit *c. a. Kam.*; 4) *n. a.* نُكْرٌ, نَكَارَةٌ Subtili ingenio et versutus fuit. *Gol.* b) نَكْرٌ *n. a.* نَكَارَةٌ Difficilis ac durus fuit, *de re. Kam. Dj.* II *n. a.* تَنْكِيرٌ Fecit, ut non cognosceretur, ignotâ vel aliena specie induit *c. a. Dj.*; Transformavit, *fere de* meliore in deteriorem mutavit formam *c. a. Gol.*; Commune et indeterminatum effecit *nomen c. a. Grammat.* III *n. a.* مُنَاكَرَةٌ Conflixit, dimicavit *cum aliquo c. a. p. Kam. Dj. vide* ناكر. IV *n. a.* اِنْكَارٌ Nescivit, non cognovit *c. a. Kam.*; Abnegavit, se nescire dixit *c. a. r. Kam. Dj.*; Mutavit. *Dj.*; Repudiavit, improbavit; Aegre tulit *c. a. et c.* على *p. et c. a. r. Gol.* قد انكرت أمرك Res tua mihi suspecta fuit; Displicuit *ei c.* على *p. Gol.*; Non habuit *alicui* fidem *aliqua in re c.* على *p. et c. a. r. Gol.* V *n. a.* تَنَكُّرٌ Mutatus fuit, ut non cognosceretur. *Dj.*; Alienatus *ab eo* fuit *c.* ل *p.*; Mutatus fuit in statum deteriorem. *Kam.* VI Nescivit *rem c. a. Kam.*; Se nescire et non nosse simulavit. *Kam. Dj.*; *De plur.* Hostiliter se gesserunt invicem. *Kam.* X Nescivit, non cognovit *rem c. a. Kam.*; Quaesivit *de eo*, quod *alter* non nosset *c. a. p. Kam.*

نُكْرٌ Intelligentia, acumen ingenii. *Kam.*; *unde* ما اشد نكره Quam maxime intelligens, astutus est! *Dj.*

نُكْرٌ Intelligentia, acumen ingenii. *Kam. Dj.*; Gravis, molestus, *de re. Kam. Harir. p.* ١٣٣.

نَكِر et نَكُر Pl. أَنْكَار Intelligens, ingeniosus. *Kam. Dj.*

نُكُر Pl. أَنْكَار Intelligens, ingeniosus. *Kam. Dj.* *Et dicitur* امرأة نكر Mulier intelligens, ingeniosa. *Kam.*; Gravis ac difficilis, *de re. Dj.*

نَكْرَة Abnegatio. *Kam.* (*nomen, ut volunt Arabum grammatici, a forma* انكار *derivandum*).

نَكِرَة (*oppos. voci* مَعْرِفَة) *apud Grammaticos* Non determinatum, sed vagam habens significationem, quum sine ulla restrictione adhibetur, *nomen* (*ex. gr.* articulo carens *etc.*). *Kam. conf. De Sacy Gr. Ar. T. I. p.* 413; Infortunium. *Gol.*; Sanguis aut pus ex vulneribus proveniens vel ex secundis, *aut* ex dysenteria. *Inde est* أَسْهَلَ فلان نَكِرَة Fluxu eiusmodi sanguinis laboravit quidam. *Kam.*; *etiam* نكرة Genus humorum, quod pharmaco detrahitur. *Gol.*

نَكِير Abnegatio. *Kam.*; Actus improbandi, id, quod decet improbare, agilitas, petulantia, mutatio. *Reisk. ad Gol.*; Ingratus; invisus. *Gol.*; Munitus, *de arce. Kam.*; Mutatus de meliore statu in peiorem, *aut* talis res. *Gol.*; *it.* Unus duorum angelorum, qui tentandis in sepulcro defunctis esse praepositi dicuntur. *Kam. vide* مُنْكَر.

نَكْرَاء Astuta et callida *mulier*; Intelligentia, ingenii acumen. *Kam.*; Res inaudita et multum admiranda. *Kam.*; Calamitas. *Kam.*; Res invisa ac iniqua; Medicamentum alvum solvens. *Kam.* *Dicitur* استمشى فلان نَكْرَاء.

نَوَاكِر Pl. Res durae, ingratae. *Fakih. Alchol. p.* ١٠٢.

نَكَارَة Intelligentia, acumen ingenii. *Kam. Dj.*

أَنْكَر Maxime ingratus, iniquissimus. *Gol.*

إِنْكَار Negatio. بلا انكار Sine dubio.

تَنْكِير Quod nomen haud determinatum est, sed vagam habet significationem (*ex. gr.* articulo carens *etc.*). *De Sacy Gr. Ar. T. I. p.* 413.

مُنْكَر Pl. مَنَاكِير Incognitus. *Kam.*; *de traditione* Ea, quae ab uno tantum viro prolata, nulla aliorum auctoritate confirmata est. *Tarifat*; Ingratus; Iniquum, quod improbatur, iniquitas; Factum, quod Deo placere non potest. *Tarifat*; Res inaudita et multum admiranda. *Kam.*; Res gravis; Pl. مَنَاكِير Intelligens, ingeniosus. *Kam.*; Nomen angeli, qui una cum نكير defunctis in sepulcris tentandis praepositus dicitur. *Kam.*; *it.* Astuta *femina*. *Gol.*

مُنْكِر Non habens fidem alteri, *pec.* non reputans aliquem pro eo, quem se profitetur, *ut puto* Muhammedanum. *Gol. ex Mar.*

مُنَكَّر Non determinatus, sed vagam significationem habens (*ex. gr.* articulo carens *etc.*). *De Sacy Gr. Ar. T. I. p.* 413.

منكرات Pl. Res illicitae.

مَنْكُور Incertus vel vagus, *de via. Kam. Dj.*

مُتَنَكِّر Incognitus adscito *habitu monachi c.* في.

مستنكر Reprobatus, ingratus. *Gol. app.*; Absurdus. *Jac. Schult.*

ينكور Incerta vel vaga *via. Kam.*

نَكَرَ F. o. n. a. نَكْر 1) Rem acuminata extremitate praeditam infixit *in alt. c. a. Kam. Dj.*; Percussit. *Kam.*; Pepulit, trusit *c. a. Kam.*; 2) *i. q.* نكص. *Kam.*; 3) *n. a.* نَكْز Naso punxit *serpens c. a. Kam. Dj. vide* نكاز (*de eo, qui* dentibus mordet, نطش *dicitur*); 4) *F. o. n. a.* نكز Aqua sua destitutus *vel* exinanitus fuit *puteus. Kam. vide* نكش; 5) *n. a.* نُكُوز In terram descendit, evanuit *aqua. Kam.* b) نَكِز *F. a. n. a.* نَكَز Aqua destitutus *vel* exinanitus fuit *puteus. Kam. Dj.* IV Exhausit, exinanivit *puteum c. a. r. Kam. Dj.*

نكز Sequior res. *Kam.*; Pars medullae in osse residua. *Kam.*

ناكز Pl. نَوَاكِز Exhaustus, exinanitus, *de puteo. Dicitur* بير ناكز. *Kam. Dj.*

نَكُوز Pl. نُكُز Exhaustus, exinanitus, *de puteo. Dicitur* بير نكوز. *Kam.*

نَكَّاز Pl. نَكَّازَات, نَكَاكِيز Deterrima species serpentis, quae naso pungit, cum oris esse expers videatur. Ob tenuitatem caput a cauda vix discerni potest. *Kam.*

نَكَسَ F. o. n. a. نَكْس 1) Deorsum inclinavit, invertit

summum imo mutans *c. a. Kam. Dj.* *Inde dicitur* يقرا القرآن منكوسا Praepostere legit Coranum totum a fine incipiens et finem rei imponens Surata prima, *vel* Suratam unam inverso ordine legit, incipiens a fine (*quod reprobatur*). *Kam.*; 2) *n. a.* نَكْس Recidivum fecit *morbum cibus etc. c. a. Kam.*; 3) *Pass. n. a.* نُكْس Rediit *morbus. Kam. Dj.* II *n. a.* تَنْكيس Invertit summum imo mutans *c. a. Kam.* V Deorsum inclinavit se, inversus fuit. VIII Inversus fuit capite demisso. *Kam.*; In caput decidit. *Kam.*

نَكْس *pro* نُكْس. *Sic dicunt* تَعْسًا له ونَكْسا *et* تَعْسا له ونُكْسا (*ob coniunctionem cum voce* تعسا) Male sit ei! *Kam. Dj.*

نِكْس *Pl.* أَنْكاس Sagitta ruptam habens crenam, ita ut partes summae conversione in imas mutentur. *Kam. Dj.*; Cuspis, cuius radix fracta est, ut extremitas pro radice habeatur. *Kam.*; Arcus, cuius pars infima sive inferius cornu fuit rami in arbore exortus (*quod vitium habetur*). *Kam.*; Debilis, imbecillis *vir. Kam. Dj.*; Is, qui pertingere nequit ad generositatis fastigium. *Kam.*; Praepostero partu natus. *Kam.*

نُكْس Morbus relatus (recidivus). *Kam. Dj.*

نَكِس *i. q.* سَاقِط Meticulosus (*rar. usu*).

نُكُس *Pl.* Iucurvi aetate senes; silicernii. *Kam.*

نَاكِس *Pl. irreg. pec. apud poëtas* نَوَاكِس (*rarius*) Demittens caput. *Kam. Dj.*

نُكَاس Morbus relatus (recidivus). *Kam.*; Recrudescens, *de vulnere. Reisk. ad Gol.*

نكيسة Cheiranthus tristis. *Forsk. Flor. Aeg.* LXIX, 119.

الانْكيس In arte الرمل appellata figura ⚍, quae etiam منكوس vocatur. *Kam. conf. Vit. Timur. T. I. p.* 280 *ed. Manger.*

مُنَكِّس Inversus, caput inversum habens.

مُنَكِّس Caput non efferens, *nec* cervicem erigens in cursu (ob debilitatem), *vel* qui alios assequi non potest equos (*equus*). *Kam. Dj.*

مَنْكُوس *Fem.* ة Inversus, perversus. *Kam.*; Praeposterus, *pec.* talis *partus*, ubi pedes prodeunt ante caput ac manus. *Kam. Dj.* المنكوس Figura haec ⚎ in arte, quam الرمل vocant. *Kam.* قوس منكوسة Arcus, cuius pars infima sive inferius cornu fuit rami in arbore exortus. *Kam.* (*quod vitium habetur*).

نَكَش *F. i. et* o. *n. a.* نَكْش 1) Evacuavit *puteum* exhausta aqua foetida *vel* luto *c. a. r. Kam. Dj.* بحر لا يُنْكَش Mare quod exhauriri non potest, neque diminuitur. *Kam. Dj.* لمعة ما تُنْكَش Plantae pars, quae eradicari non potest. *Kam.*; 2) *n. a.* نَكْش Absumsit *herbas pabulumve c. a.*; Delevit, perdidit *rem c. a. r. Kam.*; 3) Finivit, absolvit *rem c.* من *r. Kam.* VIII Evacuavit exhausto luto et aqua foetida *puteum c. a. r. Kam.*

مِنْكَش Scrutator rerum. *Kam.*

مِنْكَاش Instrumentum, quo hortus a spinis purgatur. *Fakih. Alchol. p.* ١٣٧.

نَكَص *F. i. n. a.* نَكْص, نُكُوص, مَنْكَص Destitit, retrocessit, *pec.* prae timiditate, *ab aliqua re c.* عن *r. Kam. Dj. conf.* نكع. *Dicitur* نكص على عقبيه Regressus fuit, retrocessit, *pec.* a re bona, in qua versabatur (*raro alio modo adhibetur*). VI Retrocessit, abscessit. *Fakih. Alchol. p.* ١٥٤.

مُنَكَّص Aversus. *Kam.*

نَكَظ *n. a.* نَكْظ 1) Vehementer esurivit *vir. Kam.*; 2) Ad festinandum impulit *aliquem c. a. p. Kam.*; 3) Difficile reddidit *negotium alicuius c. a. r. Kam.* b) نَكِظ 1) Festinavit. *Kam.*; 2) Dura passus est. *Reisk. ad Gol.* II *n. a.* تَنْكيظ Ad festinandum impulit *aliquem c. a. p. Kam. Dj.* IV Ad festinandum impulit *c. a. p. Kam.* V Inflexit se. *Dicitur* تنكّظ عليه امره. *Kam.*; Avarus fuit. *Kam. Dj.*; Incommoda ac dura passus fuit in itinere. *Kam.*

نَكْظ Studium, diligentia. *Kam.*

نَكَظ *Idem. Kam.*; Vehemens, celer *incessus. Diw. Huds.*

نَكَظَة Studium, diligentia. *Kam.*

مُنْكَظَة *Idem. Kam.*

نَكَع *F. a. n. a.* نَكْع 1) Amovit celeriter, *vel* repulit *a re c. a. p. et* عن *r. Kam. Dj.*; 2) Abstinuit *a re* prae timiditate *c.* عن *r. Kam.* ما نكع Non destitit, non

cessavit. *Kam.*; 3) *n. a.* نَكْع, تَنْكَاع Cum diligentia mulsit *pecus c. a. Kam.*; 4) *n. a.* نَكْع Denegavit *alicui rem debitam c. a. p. et a. r. Kam.*; *et contra* Dedit *alicui rem debitam c. a. p. et a. r. Kam.*; 5) *n. a.* نَكْع Percussit, *pec.* superiore et extrema pedis parte in nates impacta, *aliquem c. a. p. Kam.*; 6) Abiit. *Dicitur* ما ادرى اين نكع. *conf. Harir. p.* ۴۰۴. b) نَكِعَ *n. a.* نَكَع Rubicundus fuit cum nasi excoriatione. *Gol. ex Mar.* II Amovit celeriter, et repulit retraxitque *a re aliqua c. a. p. et* عن *r. Kam.* IV *n. a.* اِنْكَاع Festinare iussit, ut *rem* desereret, *vel* repulit *aliquem a re c. a. p. et* عن *r. Kam.*; Infirmum, debilem reddidit, fatigavit *c. a. p. Kam.*

نَكْع *vel* نَكَع Rubedinem nigredini permistam habens *vir. Gol.*

نَكَع Rubor cum nasi excoriatione. *Gol.*

نُكَع Color rubicundus. الرَّجُل النُّكَع Vir, cuius nigredo rubediue mixta est. *Kam.*

نَكْعَة Species plantae similis ei, quae طُرْثُوث appellatur. *Kam.*

نَكَعَة Flos rubicundus plantae طرثوث appellatae flori amaranthi similis, quo tiugi solet. *Kam.* (*nempe* summum eius in digiti longitudinem cortice rubro obtectum est. *Dj.*); Gummi tragacanthae. *Kam.*; Fructus plantae نُقَاوَى appellatae. *Kam.*; Fructus ruber arboris cuiusdam. *Kam.*; Extremitas nasi. *Kam.*; Rubedo, cui nigredo iuncta est. *Kam.*

نَكِعَة *Fem.* Rubicunda. *Dicitur* امرأة نكعة; Valde rubicunda, *de labio. Kam.*

نُكَعَة *i. q.* نَكَعَة *signif. prima. Kam.*; Rubicundus et nasum excoriatum habens. *Dicitur* رجل نُكَعَة. *Kam.*; Fatuus, *et iunctim* نكعة نكعة, *aliis* Domi manens homo, nec foras prodiens. *Kam. Dj.*

نَكُوع *Pl.* نُكَع Brevis corpore, *de muliere. Dicitur* امرأة نكوع. *Kam.*

أَنْكَع Rubicundus et excoriatum habens nasum, *de viro. Kam. Dj.*

مُنْكَع Retrogradiens, retrorsum incedens. *Kam.*

مُنْكَع Depressus, *de naso. Kam.*

نَكَفَ *F. o. n. a.* نَكْف 1) Effecit, ut desineret, cessaret *imber*, *i. e.* eum pertulit, donec desiisset *c. a. Kam. Dj.* غيث لا يُنْكَف Imber, qui sustineri nequit, doneo desinat. *Kam. Dj. Et dicitur* غيث ما نكفه احد سار بحر لا يُنْكَف. *Kam.* Mare, ad cuius extremum perveniri non potest. *Kam.* جيش لا ينكف Innumerus exercitus. *Kam.*; 2) Reperit et assecutus fuit *vestigium pedis camelini* in planiore solo, cum id salebroso solo antea impressum non fuisset *c. a. Kam. Dj.*; 3) *n. a.* نَكْف Digito suo a genis avertit *lacrymas c. a. Kam. Dj.*; 4) *n. a.* نَكْف Recusavit, noluit, dedignatus fuit *c.* عن *r. Kam. Dj.*; Declinavit *a re c.* عن *r. conf.* كنف. *Kam.* b) نَكِفَ *F. a. n. a.* نَكَف 1) Recusavit, noluit, dediguatus fuit *c.* عن *r. Kam.*; 2) Liber, immunis, eximius fuit *c.* من. *Kam.*; 3) Dolore affecta fuit *manus. Kam.* II *n. a.* تَنْكِيف Exstantes partes نكفات appellatas habuit *camelus. Kam. Dj.* IV Dimovit *ab eo*, quod declinandum vel recusandum esset *c. a. p. et* عن *r. Kam.* VI *De plurib.* Commutarunt inter se *sermonem c. a. r. Kam.* VIII *n. a.* اِنْتِكَاف Effecit, ut desineret, cessaret *imber*, *i. e.* eum pertulit, donec desiisset *c. a. Kam. Dj.*; Reperit et assecutus fuit *vestigium pedis camelini* in planiore solo, cum id salebroso solo antea impressum non fuisset *c. a. Kam. Dj.*; Declinavit, abscessit, destitit. *Kam.*; Migravit de terra in terram. *Kam.* X Devitandam, recusandam censuit *rem c. a. r. Kam.*; Declinavit *a re*, recusavit *c.* من *r. Dj.*; Putavit *aliquem* immunem esse *c.* ل *p. et* عن *r. conf. De Sacy Chrest. Ar. Ebn-Chaldun. p.* ۱۳۱; Superbivit. *Kam.*; Invenit *vestigium* in planiore solo, quum id antea in solo salebroso impressum non fuisset. *Kam.*

نَكَف Glandulae in radice maxillae inter partem راد appellatam et pulpam auris. *Kam. Dj.* (*Pluralem vocabuli* نكفة *esse dicunt.*)

نَاكِف Recusans prae pudore, *vel* dedignans. *Kam.*; Debilis, pusillanimus. *Gol.*

نُكَاف Tumor, qui oritur ad superioris maxillae tuberculum, *vel* morbus in faucibus cameli derepente interimens. *Kam. Dj.*

نَكَفَة, نُكَفَة, نَكِفَة *Dual.* نكفتان *Pl.* نَكَفَات Os maxillae a dextro et sinistro pilorum, qui عنفقة appellantur. *Kam.*

Dj. نَكَفَة Tuberculum seu glandula parva inter auriculam et radicem inferioris maxillae. *Gol.*

ذَاتُ نَكِيف Nomen loci. يَوْمُ نَكِيف Dies proelii ibi commissi, in quo Arabes Koraischitae Cinanitas fugarunt. *Kam. Dj.*

إِنْكَافٌ Dei proprietas, qua removet ab omni idolo et sanctum reddit. *Kam.*

مُنَكَّفٌ *F.* ة Conspicuas in capite partes نَكَفَات protuberantes habens *camelus*. *Kam. Dj.*

مَنْكُوفٌ *F.* ة Morbo نكاف laborans *camelus*. *Kam. Dj.*

نَكَلَ *F. o. et i. n. a.* نُكُولٌ Abscessit, retrocessit; Timidus abstinuit *ab hoste*, *a iureiurando c.* عن *vel c.* من. *Kam. Dj.* b) نَكَلَ 1) *Id. c.* عن. *Kam. Dj.*; 2) Cepit exemplum, eoque sibi cavit. *Kam.* II *n. a.* تَنْكِيل Exemplum edidit *in aliquem c.* ب *p. Kam.*, *aliis* Removit a re antea facta *c. a. p. Kam. Dj.* IV Repulit *c. a. Kam.* V Exemplum edidit poena inflicta. VIII Inhibuit coërcuitque *c. a. Gol.*

نِكْلٌ *Pl.* أَنْكَالٌ Compes firma, *aliis* compes ignea. *Kam. Dj.*; Fraeni species, *aliis* fraeni species, qua cursores utuntur. *Kam. Dj.*; Ferrea pars fraeni. *Kam.* انه لِنِكْلِ شَرٍّ Inimicis suis poenas infligit. *Kam. Dj.*; Robustus ac experimentis probatus *vir*, *quasi* repagulum hostis. *Gol.*

نَكْلٌ Robustus ac experimentis probatus *vir*. *Kam. Dj.*, *et* talis *equus*. *Kam.* *Sic in his traditione ad nos delatis verbis*: ان الله يحب النَّكَلَ على النكل Deus amat virum fortem super equo robusto. *Kam.*; Funis, qui etiam عناج appellatur. *Kam.*

نَاكِلٌ Infirmus, pavidus. *Kam. Dj.*; Qui subterfugit iusiurandum.

نَكَالٌ Poena, exemplum, quo quis coërcetur. *Kam. conf. De Sacy Anthol. Gramm. Ar. p.* 35.

نُكْلَة Poena, exemplum, quo quis coërcetur. رماه الله بنكلة Repressit eum Deus poena. *Kam.*

نَكِيلٌ Collum. *Reisk. ad Gol.*

مَنْكَلٌ Poena, qua quis coërcetur. *Kam.*; Rupes, saxa. *Kam.*

مِنْكَلٌ Tormentum, *sc.* instrumentum, quo punitur homo. *Kam. Dj.*

نَكِمَة *i. q.* نَكْبَة Calamitas, afflictio. *Kam.*

نَكْنَكَ *n. a.* نَكْنَكَة 1) Vehementer pressit flagitando *debitorem c. a. p. Kam.*; 2) Concinnavit, recte instituit *opus c. a. r. Kam.*

نَكَهَ *F. i. et a. n. a.* نَكْه 1) Spiritum halitumve immisit in nares *alterius c.* ل *p. vel c.* على *p. vel in faciem alterius c.* فى. *Dj.*; 2) *n. a.* نَكْه Aestu vehemens fuit *sol. Kam.*; 3) *F. a. et* b) نَكَهَ *F. a.* Halitum oris alieni olfecit, ut perciperet, num bibisset quid aut edisset *c. a. p. Kam. Dj.* c) *Passiv.* Foetuit halitus oris sui ex stomachi indigestione. *Dj.* *Bene precantis est formula* هُنِيت وَلَا تُنْكَه Bena sit tibi, neque noxam perpetiaris. *Kam.* X Halitum oris alieni olfecit vel olfacere studuit, ut perciperet, num bibisset quid aut edisset *c. a. p.*; Efflare oris halitum iussit *alium*, ut percipi posset, num is bibisset vinum nec ne *c. a. p. Kam. Dj.*

نُكِه *pro* نُقِه Convalescentes *cameli*. *Kam.* (*idiomate Arabum Temimitarum pro* نُقِه Qui prae lassitudine vociferari nequeunt *cameli*. *Dj.*)

نَكْهَة Odor halitusve oris. *Dj.*

نَكَى *F. i. n. a.* نِكَايَة 1) Affecit noxâ, nece, *vel* vulneribus *c. a. p. vel c.* فى *p. Kam. Dj.* لَا تُنْكِ Ne afficiaris noxâ! 2) Escharam detraxit *ulceri c. a. vide* نكأ. *Kam.* V Noxa affectus fuit.

أَنْكَى Magis nocens.

نِلْ Consequere (*a* نَيْلَ *Imperat.*).

نُلْك (*et* نِلْك) *nom. gener.* (*nom. unit. c.* ة) Nomen arboris دلب (platani) *vel* زعرور (mepsili). *Kam.*

نُلْنُلٌ Vir debilis. *Kam.*

نَمَّ *F. o. et i. n. a.* نَمّ 1) Detulit, divulgavit, in malam partem, et ad concitandas inimicitias, dicta factave alterius *c. a.*, *ita* Simultatem excitavit, Calumniatus fuit;

Mendaciis fucavit sermonem. *Kam. Dj.*; 2) Odorem diffudit, fragravit *muscus*. *Kam.*

نَمّ *Pl.* نُمُون, أَنْمَاء Calumniator, susurro, qui aliorum dicta aut facta maligne ad alios defert, et mendaciis fucat sermonem. *Kam.*

نِمّ *F.* ة *Idem. Kam.*

نَمَم Nomen arboris. *Forsk. Flor. Aeg. p.* 197.

نَمَة Pediculus unus *vel* formica una. *Kam. vide* نما *et* نمى.

نَمُوم *i. q.* نَمّ. *Kam.*

نَمِيم Vestigium. *Gol.*

نَمَام Nomen herbae odoriferae. *Kam. Dj.*, *sc.* sisymbrium, seu serpyllum silvestre. *Diosc.* II, 155; Susurro, sycophanta, obtrectator; Is, qui aliorum dicta aut facta ad alios defert et mendaciis fucat sermonem. *Kam. Dj. Accuratius vocabulum verbis libri Tarifat inscripti explicatur*: النمام هو الذى يتحدث مع القوم فينم عليهم فيكشف ما يكره كشفه سواء كرهه المنقول عنه والمنقول اليه او الثالث وسواء كان الكشف بالعبارة او بالاشارة او بغيرهما.

نَامَة Pulchritudo. *Gol.*; Genus, natura, origo. *Reisk. ad Gol.*; Sonus submissior. *Kam.*; Motus. *Kam.*; Vita animae, *unde* اسكت الله نامته Extinxit vitam eius Deus. *Kam. Dj. vide in* نام.

نَمَامَة Mentha Kahirina. *Forsk. Flor. Aeg. p.* 213.

نَمِيمَة *Pl.* نَمَايِم Sycophantia, qua aliena verba aut facta maligne deferuntur, obtrectatio, Susurratio in aurem, Susurrus. *Kam. Dj.*; Sonus, qui scribendo excitatur, *et* pharetrae sonus. *Kam. vide* نَمِيم.

نَمَى Quisquam, ullus. *Kam. Dj. Dicitur* ما بها نمى Non in ea (domo) ullus est. *Kam.*; (*Graec.* Νόμισμα) (*nom. unit. c.* ة) *Pl.* نَمَامَى Numi pravi, in quibus aes vel plumbum est. *Kam. Dj.*; Pondus librae, quo ponderantur res. *Kam.*; Perfidia, vitium. *Kam.*; Inimicitia. *Kam.*; Natura. *Kam.*; Genus, substantia, essentia hominis. *Kam.*

نَمِيَة Palumbes torquatus fem. *Kam.*

مِنَم *i. q.* نَمّ. *Kam.*

نَمَا *et* نَمَاء (*nom. gener.*) Parvi pediculi. *Kam. vide et in* نمى, *et vide* نَمَة.

نَمِت Species plantae, quae edulem fert fructum. *Kam.*

نَمَرَ *F. o.* Conscendit *montem c.* فى. *Kam.* b) نَمِرَ *F. a. n. a.* نَمَر 1) Maculosus fuit, maculis punctisve respersus fuit, *pecul.* quae colore pardi essent, *et* Albis nigrisque spatiis distincta fuit *nubes*. *Kam. Dj.*; 2) Iratus seu iracundus fuit. *Kam.*; Maligna indole praeditus fuit. *Kam.* II Iratus fuit. *Kam.*; Maligna indole praeditus fuit. *Kam.* IV Invenit aquam limpidam et salubrem. *vide* نمير *seq. Kam.* V Iratus fuit. *Dicitur* تنمّر لنا (*hoc a proverbiali loquendi modo desumtum est, dum dicitur*: Se pardi pelle vestire *pro* irasci). *Kam.*; Maligna indole praeditus fuit. *Kam.*; Male voluit *alicui c.* ل *p. Kam. Dj.*; Pardo similis fuit. *Kam.*; Comminatus fuit, *pec.* cum clamore. *Kam.*

نَمْر Pardus. *Gol.*

نَمِر *Pl.* نُمُر (نُمَر *poët. Dj.*), نِمَار, نُمُور, نَمَارَة, أَنْمُر *et* أَنْمَار Pardus. *Kam. Dj.*; Limpidus, purus, *de aqua*, Saluber, *de aqua*, *sive* dulcis sit, *sive* non dulcis. *Kam.*; Integer et purus, *de existimatione*. *Kam.*; Multus. *Kam.*; Nomen patris Arabicae tribus.

نَمَرَة *Pl.* نَمَر Macula et punctum (cuiuscunque sint coloris). *Kam.*

نَمِرَة (*Fem. vocis* نَمِر) Pardus fem., *et* Maculis distincta *nubes*. *Inde Proverb.* أَرِنِيهَا نَمِرَةً أَرْكَهَا مَطِرَةً (*In* ea re *adhibetur*, quae certo evenit, quando indicia apparent); *Plur.* نَمِر Parva pars nubis. *Kam.*; Amiculum albis nigrisve lineis distinctum, *aliis* vestimentum laneum Arabicum. *Kam. Dj.*; Instrumentum ferreum, cui ovis *vel* aliae carnes affiguntur ad capiendos lupos. *Kam.*

نَمِير Saluber, *de aqua*, *sive* dulcis sit, *sive* alia. *Kam. Dj.*; Limpidus et purus, *de aqua*. *Kam.*; Integer et purus, *de existimatione*. *Kam. Dj.*; Multus. *Kam.*

نُمَيْر Nomen viri, unde gens ad Kaisitas (قيس) pertinens originem duxit. *Dj.*

نَامُرَة Instrumentum ferreum, cui ovis *vel* aliae carnes affiguntur ad capiendos lupos. *Kam.*

النُّمَارَة Loci nomen pugnâ celebris. *Kam.*

نَامُور Sanguis. *Kam.*; Instrumentum ferreum, cui ovis *vel* aliae carnes affiguntur ad capiendos lupos. *Kam.*

نَمَرِيّ *F.* ة *Gentile a* نَمِر Namerita. *Kam. Dj.*

نَامُورَة *i. q.* نَامُور. *Gol.*

أَنْمَر *Fem.* نَمْرَاء *Pl.* نُمْر Maculosus, maculis respersus, *pec.* colore pardi. *Kam. Dj.*; Albis nigrisque maculis variegatus, *de nube. Kam. Dj.*; Scutulatus *equus. Gol.*

أَنْمَار *Pl.* Striae in pedibus bovis silvestris. *Kam.*

نمرود *Pl.* نَمَارِدَة Nimrodus.

نَمْرَق *Pl.* نَمَارِق Parvum cervical, *aliis* pulvinar simileve quid ephippio impositum commodioris insessus ergo, *aliis* stragula, quae imponitur sellae camelinae. *Kam.*

نِمْرِق *Idem. Kam.*

نُمْرُق *Idem. Kam.*

نَمْرَقَة *Idem. Kam.*

نِمْرِقَة *Idem. Kam.*; Hiatibus patens et divisa nubes. *Kam.*

نُمْرُقَة *i. q.* نُمْرُق. *Kam.*

نَمَسَ *F. i. n. a.* نَمْس 1) Clam habuit, celavit *arcanum c. a. Dj.*; 2) *n. a.* نَمْس Arcani participem fecit *aliquem c. a. p. Dj.* b) نَمِسَ *F. a. n. a.* نَمَس Corruptus fuit, *de butyro. Kam. Dj.* II *n. a.* تَنْمِيس Texit, imposturam fecit, decepit. *vide* نماس *seq. et* ناموس. *Kam.* III Communicavit arcanum *alicui c. a. p. Kam. Dj.*; Latibulum subivit, se abdidit *venator. vide* ناموس. *Kam.* IV Dissidium *vel* simultatem concitavit *inter alios c.* بين *p. Kam.* V Tectus fuit. *Gol.* VII اِنْتَمَس Abdidit se, delituit. *Kam. Dj.*

نَمْس Ichneumon, mus Indicus *Plinio*, qui perimit crocodilum. *Kam. Dj.*; Nomen speciei melonis (in Aegypto). *Abdallatif. p.* 129.

نُمْس *Pl.* Kathae aves (*ab* أَنْمَس). *Kam.*

نَمَّاس Delator, calumniator. *Kam.*

نَامُوس *Pl.* نَوَامِيس Latibulum venatoris, locus, e quo insidiatur is praedae. *Kam. Dj.*; Lustrum leonis. *Kam.*; Is, qui alterius arcana perspecta habet, *vel* in bonis arcanis *adhibetur. Dicitur* فلان ناموس الملك. *Kam. Dj.*; *hinc* الناموس Angelus Gabriel. *Kam. Dj. Eundem quo-que appellant* الناموس الاكبر; Solers, astutus. *Kam.*; Is, qui res subtili modo aggreditur et tractat. *Kam.*; Agendi ratio, qua quis cogitationes suas occultat, Astutia. *Kam. Dj.*; Calumniator, et perceptae rei pravus delator. *Kam.*; Rete venatoris. *Kam.* نَامُوس (*Graec. νόμος*) Lex; *tum varias in idiomate vulgari significationes accepit, ut* existimatio, fama, dignitas, decus. *conf. De Sacy Chrest. Ar. T. III. p.* 358 *adn. et p.* ١٣٥ *text. Ar. ed. alt.*

نَامُوسَة Lustrum leonis. *Kam.*; Culex. *Fabul. Lokm.*

ناموسيّة Conopeum. *Taus. u. eine Nacht. T. II. p.* ٥٨.

أَنْمَس Fuscus, turbido colore praeditus. *Kam.*

مُنَامِس Arcani particeps ac conscius.

نَمَشَ *n. a.* نَمْش 1) Detulit aliorum sermones aut facta et in malam partem ea convertit. *Kam.*; 2) Mendacia protulit. *Kam.*; 3) Clanculum locutus est *in aurem alicuius c.* فى *aur. Kam.*; 4) *A terra* collegit sicut ludens *c.* من *terrae. Kam.*; 5) Herbis nudavit *terram locusta c. a. terr. Kam.* b) نَمِشَ *F. a. n. a.* نَمَش Punctis, maculis, albis et nigris in cute, *aliis* vitiligine et lentiginibus distinctus fuit. *Kam.* II *n. a.* تَنْمِيش Clanculum locutus fuit *in aurem c.* فى *aur. Kam.* IV Detulit aliorum sermones aut facta et in malam partem ea convertit. *Kam.*

نَمَش Puncta *vel* maculae cutis, diverso colore conspicuae, *pec.* albo et nigro, *aliis* vitiligo, lentigo. *Kam.*; Lineae ductusve picturae, caelaturae *etc. Kam.*

نَمِش Diversi coloris, *pec.* albi et nigri, puncta maculasve habens. *Dicitur* ثور نمش *i. e.* bos silvester. *Kam.*; Ductibus lineisve in facie sua conspicuus *ensis. Kam.*; Peculiari vestigio, quod a communi diversum sit, terram signans *camelus. Kam.*

نمشة Gladius rectus. *Taus. u. eine Nacht. T. II. p.* ٩٥ vi *ed. Habicht.*

نميشة Frankenia revoluta (*planta*). *Forsk. Flor. Aeg.* LXV, 75.

أَنْمَش Diversum colorem album et nigrum habens. *Harir. p.* ٩٩.

نَمَصَ *n. a.* نَمْص Evulsit *pilos c. a. r. Kam.* II *n. a.* تَنْمَاص, تَنْمِيص *Idem c. a. r. Kam.*; Multum evulsit

c. a. Dj. IV Germinavit *planta. Kam.* V Sibi a femina evelli pilos sivit, *vel* Evulsit sibi pilos ipsamet *mulier. Dj.*

نَمْصٌ Species plantae. *Dj.* (*sed hoc pro* نَمَصٌ *sequenti perperam poni vult Kamusi auctor*).

نَمَصٌ Pili tenues lanuginis instar. *Kam.*; *item* Pennae plumaeve breviores. *Kam.*; *et* Species plantae, ex qua disci et thecae seu vaginae parantur. *Kam.*

نِمَاصٌ Filum per foramen acus traiectum. *Kam.*

نُمَاصٌ *Pl.* نُمُصٌ *et* أَنْمِصَةٌ Mensis. *Dicitur* لم يأتني نُمَاصًا Toto mense ad me non venit. *Kam.*

نَمِيصٌ Evulsus, *de pilo*; *et* Ore pecoris evulsus, *de planta. Kam.* (quae semi detonsa regerminuat. *Dj.*, *quod improbat Kamusi auctor*).

نَامِصَةٌ Comptrix mulieris, *nimirum*, quae evellit pilos. *Kam. Dj.*

مِنْمَصٌ Vulsella, instrumentum, quo radicitus evelluntur pili. *Dj.*

مِنْمَاصٌ *Idem. Dj.*

مُتَنَمِّصَةٌ Quae evellendis pilis ab altera femina se comi siuit *femina. Kam.*

نَمَطٌ *Pl.* نِمَاطٌ, أَنْمَاطٌ Stragulí externa facies, *aliis* peculiaris eius species. *Kam. Dj.*; Lodix, pannus, qui substernitur ephippio; Operimentum laneum, quod superiniicitur pilento camelino. *Kam.*; Quasillus aut simile quid, cui res suas mulier imponit. *Harir.*; Coetus hominum eiusdem instituti. *Kam. Dj.*; Species rei. *Kam.*; Ratio et modus agendi. *Kam.* على نمط واحد Eodem modo, et tenore uno, uniformiter.

نَمَّطَ II *n. a.* تَنْمِيطٌ Indicavit rem, monstravit. *Kam.*

نَمَطِيٌّ Stragula vendens. *Kam.*

أَنْمَاطِيٌّ *Idem. Kam.*

نَمْغٌ Iugum montis. *Kam. Dj.*; Vertex capitis. *Dj.*; Brechma se movens infantis recens nati. *Kam.*; Selectior pars *populi*, *etiam* media pars eius. *Kam. Dj.*; Multitudo opum. *Kam.*

تَنْمِيغٌ Variegatio tribus coloribus distincta, *nempe* albo, nigro et rubro. *Kam.*

مُنَمَّغٌ *nempe* مُنَمَّغُ ٱلْخَلْقِ Tribus coloribus, albo, nigro et rubro variegatus. *Kam.*

نَمَقَ *F. o. n. a.* نَمْقٌ 1) Passa manu percussit *oculum c. a. r. Kam. cf.* لمق; 2) Scripsit, exaravit *librum c. a. Kam. Dj.* (magnis et artificiose implicitis characteribus. *Reisk. ad Abulfed. Annal. T. II. p.* 584), *et contra* Delevit. كتاب الاضداد; 3) Buccellam praebuit *avi seu accipitri c. a. Gol.* II *n. a.* تَنْمِيقٌ Pulchre, elegan-ter scripsit *c. a. Kam. Dj.* IV Dactylos ossibus carentes tulit *palma. Kam.*

نَمَقٌ Potior pars, medium *viae. Kam.*

نَمَقَةٌ Foetor. *Kam.*

مَنْمُوقٌ Osse carens, *de dactylo. Kam.*

نَمَلَ *F.* o. Maligne et occulte detulit dictum factumque, clam obtrectavit. *Kam.*; 2) Conscendit, *pec.* proreptando *arborem c.* فِي. *Kam. vide* نمر. b) نَمِلَ *F. a.* 1) Stupuit *manus*, ita ut quasi reptare sentirentur formicae; 2) Conscendit *arborem c.* فِي. *Kam.* III *n. a.* مُنَامَلَةٌ Vincti more incessit. *Kam.* IV *n. a.* إِنْمَالٌ Maligne et occulte detulit dictum factumve, clam obtrectavit. *Kam.* V *De plur.* Sese moverunt permistique sunt formicarum reptantium more. *Kam.*

نَمْلٌ *nom. gen.* (*nom. unit. c.* ة) *Pl.* نِمَالٌ Formica. *Kam.*; Pustulae parvae cum modico tumore coniunctae, urentes, quae proreptant formicarum instar, et post in ulcera mutantur. *Dj.*

نَمِلٌ Alacer, irrequietus, quiescere nequiens *in pedibus equus. Kam. Dj.* نمل الاصابع Promtus manibus et industrius, *vel* qui, quicquid videt, facere potest. *Kam.*; Is, qui maligne aliorum dicta aut facta ad alios defert. *Kam.*; Obtrectans *vir*; Infans, cuius recens nati manui imponitur formica, quem dicunt ingenio subtilem fore. *Kam.*

نَمْلٌ *nom. gener.* Formica. *Kam.*

نَمَلٌ *Idem.*

نَامِلٌ Is, qui aliorum dicta aut facta maligne defert, obtrectator. *Kam.*

نَمْلَةٌ Formica una; Maligna et clandestina verborum aut factorum delatio, obtrectatio. *Kam.*; Mendacium. *Kam.*; Occulta et velut subreptitia *mendacii* mistura. *Gol.*; Fissura ungulae iumenti (in equis. *Dj.*); Ulcera in latere. *Kam.*; Pustula urens cum parvo tumore coniuncta ac prorepens in alias corporis partes. *Kam.*

نَمْلَةٌ Maligna et clandestina verborum aut factorum delatio, obtrectatio. *Kam.*

نُمْلَةٌ *Idem. Kam. Dj.*; Mobilitas multa, inquietudo. *Gol.*; Residuum aquae in aquatorio lacu. *Kam.*

أَرْضٌ نَمِلَةٌ Formicis abundans terra. *Kam. Dj.*

امْرَأَةٌ نَمْلَى Inquieta nec uno loco manens mulier. *Kam.*

نَمَّالٌ Is, qui aliorum dicta aut facta maligne defert, obtrectator. *Kam. Dj.*

نَمْلَانُ Imminere rei. *Kam.*

نَامِلَةٌ A fronte per nasi equini imbricem serpens *macula*; Viatores. *Kam.*

نَمِيلَةٌ Maligna et claudestina verborum aut factorum delatio. (*conf.* نَمِيمَةٌ). *Kam.*

أُنْمُلَةٌ (*cum triplici vocali litterae* ا, *et triplici litterae* م, *atque ita novem modis effabile*) *Pl.* أَنَامِلُ *et* أُنْمُلَاتٌ Extremitas digiti pulposa et ungue superne tecta. *Kam. Dj.*

مِنْمَلٌ Obtrectator, is, qui aliorum dicta aut facta maligne defert. *Kam.*

مُنَمَّلٌ Scriptus, *pec.* propinquis inter se lineis exaratus. *Kam.*

مُنْمَلٌ Obtrectator, is, qui aliorum dicta aut facta maligne defert. *Kam.*

مُنَمَّلٌ Interpolatus, reparatus, *de panno.* (*Loco* مرفوع *in Kamuso Calcutt. legatur* مرفوء.) *Kam.*; Scriptus *vel* arctis lineis conscriptus. *Kam.*

مُؤَنَّمِلُ ٱلْأَصَابِعِ *nempe* مُؤَنَّمِلٌ Breves et extremitate sua crassos habens digitos. *Kam.*

مَنْمُولٌ Formicis obnoxius, *aut* ab iis rosus. *Dicitur* طَعَامٌ مَنْمُولٌ. *Kam. Dj.*; Lingua. *Kam.*

مُنْمِلَةٌ *Fem.* Multum se movens, quasi in ea sint formicae, *puella.*

امْرَأَةٌ مُنَمِّلَةٌ Irrequieta mulier uno quiescere loco nequiens. *Kam.*

نَمْنَمَ *n. a.* تَنْمِنَةٌ 1) Lineis ductibusve signavit *pulverem ventus c. a. Kam.*; Pinxit, ornavit *rem c. a. r.*; 2) Fucavit, mendacio adornavit *c. a. r. Kam. Dj.*

نَمْنَمٌ Vestigium striarum, quas ventus in terra relinquit. *Kam.*

نُمَيْنِمٌ (*nom. unit. c.* ة) Puncta alba, quae apparent in adolescentium unguibus. *Kam. Dj.*

نُمَيْنِمٌ Vestigium striarum, quas ventus in terra relinquit. *Kam.*

مُنَمْنَمٌ Pictus et ductibus notatus, *de veste. Dj.*

نَمِهَ *F. a. n. a.* نَمَهٌ Obstupuit, attonitus fuit (*vel* simili modo affectus fuit). *Kam.* (*Vocabulum Iemanae incolis proprium. Ibn-Doraid.*)

نَمَهٌ Attonitae mentis perculsio (*vel* similis animi affectio). *Kam.*

نَمَا *F. o. n. a.* نُمُوٌّ 1) Crevit, incrementum cepit. *Kam. Dj.* (Incrementum, quod capitur tumore aut pinguedine, exclusum est. *Tarif.*); 2) Saturata fuit rubore *vel* nigredine *tinctura. Kam.*; 3) Retulit *dictum ad aliquem c. a. r. et* إِلَى *p. Kam.*; 4) Produxit *c. a. r. Motenabb.*

نَمُوذَجٌ (*ex Pers.* نمودہ) Exemplar, typus. *Kam.*

أُنْمُوذَجٌ *Id.* (*Sed vitium esse dicitur.*) *Kam.*

نَمَى *F. i. n. a.* نَمْيٌ, نَمَاءٌ, نُمِيٌّ, نَمِيَّةٌ 1) Increvit, augmentum cepit. *Kam. Dj.*; Carius evasit *pretium annonae. Dj.*; 2) Pinguis fuit *vir. Kam.*; 3) Elatus fuit, intumuit, *de aqua. Kam.*; 4) Delatus fuit *ad aliquem sermo. Kam.*; 5) Admotis nutrimentis effecit, ut attolleretur *ignis c. a. Kam.*; 6) Detulit *ad aliquem sermonem c. a. r. Kam.*; Retulit *ad aliquem verbum*, attribuit *c. a. r. Kam.*; 7) Saturior evasit *tinctura. Gol.*; 8) Attribuit *quid alteri* ut auctori; 9) Extulit *rem supra aliam c. a. et* عَلَى, *et* imposuit alteri rei. *Dj.*

II Crevit, incrementum cepit. *Kam.*; Fecit, ut cresceret, augmentum dedit *c. a.*; Retulit *ad auctorem, eiusve fidem c.* الى *p. et a. r.*; Maligne detulit *quid* cum obtrectatione et in malam partem *c. a. Kam. Djeuh.*; Auxit et apposito fomite magis excitavit *ignem c. a. Dj.*; Pinguis evasit *vir. Gol.*; Iutumuit, excrevit *aqua. Gol.* IV Crevit, incrementum cepit. *Kam.*; Incremento auxit *c. a. Kam. Dj.*; Iaculatus fuit *praedam*, quae aufugiens mortua est *c. a. r.* (*vel* non loco, quo occidi poterat, vulneravit. *Meid.*) *Kam. Dj.*; Divulgavit modo obtrectationis *rem c. a. r. Kam.* V Sustulit et transtulit se de loco in locum *accipiter. Kam.*; Elatus fuit. *Dj.* VIII Sustulit se volatu et in locum alium transtulit *accipiter. Kam.*; Genere suo relatus fuit pertinuitque *ad aliquem c.* الى *p. Kam. Dj. conf. Hamas. p.* ٨٠.

نَامٍ Augescens, incrementum capiens. *Dj.* النَّامِيَان Duorum poëtarum cognomen, *nempe* is, qui المُصِيصِيّ et qui الغَزِّيّ appellatur. *Kam.*

نَمَاةٌ *Pl.* نَمًى Formica exigua. *Kam.*

نَمِيَّةٌ Fila duo opposita, quae in glomos volvuntur. *Kam.*

نَامِيَةٌ Creaturae *Dei. Kam. Dj.*; Ramus vitis, cui inhaerent racemi. *Kam.*

أُنْمِيٌّ Saccus aut simile quid palea fartum. *Kam.*

مَنْمًى Locus, quo adscenditur. *Diw. Djerir.*

نُنْ (*pro* نُونٌ *in poësi*) Littera Nun. *Gol.*

نَنٌّ Crines infirmi. *Kam.*

نَانَخَةٌ, نَانَخَاةٌ, نَانَخَاتٌ *Pers.* نَانْخْوَاهْ Ammium. *Diosc.* III, 70, *ita Persis dictum, quod pani inspersum gratiam addit et appetentiam iuvat, qui et olim ammii usus erat. Gol. ex Beith.*

نَهِمَ *F. a.* 1) Repletus fuit. *Kam.*; 2) *n. a.* نَهَمٌ, نُهْمٌ, نُهُوءٌ Subcrudus, non satis coctus fuit, *de carne. Kam.* b) نَهِئَ *F. a.* Subcrudus, non satis coctus fuit, *de carne. Kam.* c) نَهُوَ *F. o. n. a.* نَهَاءٌ (*rarius* نَهَاوَةٌ), نُهُوءٌ *Idem. Kam. Djeuh.* IV *n. a.* إِنْهَاءٌ Non satis coxit *carnem*, subcrudam reliquit *c. a. r. Kam. Dj.*; Non bene firmavit concinnavitve *rem c. a. r. Kam.* X Subcrudum putavit *c. a. r. Jac. Schult.*

نَهِئٌ Subcrudus, non bene coctus, *de carne. Kam.*

مَنْهَاءٌ Semicocta *caro. Gol.*

نَهَبَ *F. a. et o.* 1) Rapuit abstulitque praedando, diripuit *c. a. Kam.*; 2) Perstrinxit *oratione sua c. a. p. et c.* ب *Kam. Dj.*; 3) Apprehendit in calce *aliquem canis c. a. p. Kam. Dj.* b) نَهِبَ *F. a.* Rapuit, abstulit; Praedatus est *c. a. r. Kam.* III Diripuit, cepit, abstulit *rem c. a. r. Dj.*; *De plur.* Contenderunt certaruntque inter se, *quasi de praeripienda palma*, duo equi cursu suo *c.* فى. *Kam. Dj.*; *De plur.* Perstrinxerunt *sermone aliquem c. a. p. et* ب *r. Kam.* IV Diripiendum permisit *c. a. r. Dj.* VI *De plur.* Multum terrae pedibus abstulerunt *cameli c. a. terrae. Kam.* VIII Rapuit abstulitque praedando *c. a. Kam.*; Sumsit, cepit nullo impediente *rem c. a. r. Dj. conf. Harethi Moall. v.* 34. انتهب الفرس الشوط Superavit equus cursu et praeripuit palmam. *Kam.*

نَهْبٌ *Pl.* نِهَابٌ Res rapta, praeda. *Kam. Dj.*; Species cursus equini. *Kam.*

نَاهِبٌ *Pl.* نَهَبَةٌ Praedo. *Kosegart. Chrestom.*

نُهْبَةٌ Spolium, praeda. *Kam.*

نُهْبَى *Idem. Kam.*

نَهَّابٌ Raptor, praedo; *et cum* ال Leo.

نُهَيْبَى Spolium, praeda. *Kam.*

نُهَيْبَى *Idem. Kam.*

اِنْتِهَابٌ Direptio, ubi quod quis vult capit.

مِنْهَبٌ Cursu excellens aliosque superans *equus. Kam.*

مَنْهَبٌ Nomen viri, a quo gens origiuem duxit. *Kam.*

مُنَاهِبٌ Festinans. *Diw. Huds. Hamas. p.* ٥٣٢.

مُنْتَهَبٌ Direptio; Locus direptionis. *Hamas. p.* ٣٠٤.

مَنْهُوبٌ Celeriter petitus. *Kam.*

نَهْبَرَةٌ Longa et macra, *vel* imminens morti *femina. Kam.*

نَهْبَرَة *Pl.* نَهَابِر Fovea inter tumulos arenaceos; *item* Locus arduus, praeruptus terrae, arenae, locus exitii. *Kam.* *Dj.* الْنَهَابِر Tartarus, infernus. *Kam.*

نَهْبُور *Pl.* نَهَابِير Mons arenaceus eminentior. *Dj.*

نَهْبُورَة *Plur.* نَهَابِير Longa et macra, *vel* imminens morti. *Kam.*; Fovea inter tumulos arenaceos; Locus arduus, praeruptus terrae *vel* arenae, locus exitii. *Kam.*

نَهْبُوغ Nomen avis. *Kam.*; Navigium marinum oblongum et velox, quod alias دُونِيج *Pers.* دُونِي dicitur. *Kam.*

نَهْبَلَ Consenuit, annosus fuit. *Kam.*

نَهْبَل *Fem.* ة Annosus *senex*. *Kam.* الْنَاقَة النَّهْبَلَة Camela crassa. *Kam.*, *et pro* مُنْهَبِل (*sed vitiosus est enunciandi modus. Kam.*).

نَهْبَلَة Gravis gravatusve incessus. *Kam.*

مُنْهَبِلَة Ob senectutem lente incedens *femina*.

نَهَتَ *F. i. n. a.* نُهَات *et* نَهِيت Rugiit *leo*, *tigris*, *aut* quid minus, fremuit *et* spiritum proflavit. *Kam.*

نَاهِت Guttur. *Kam.*

نَهِيت Sonus vehemens, *aliis* Sonus, qui ex iracundi pectore prodit. *Diw. Huds.*

نَهَّات Fremens spiritumque proflans *vir*; Rudens *asinus*; Rugiens *leo*. *Kam.*; *c. artic.* Leo. *Kam.*

مُنْهِت Rugiens. الْمُنْهِت Leo. *Kam.*

مُنْهِت *Idem.* *Kam.*

نَهْتَر Mendacia *in aliquem* finxit dixitve *c.* على *p.* *Kam.*

نَهْتَرَة Modus quidam incedendi. *Kam.*

نَهَجَ *F. a. n. a.* نَهْج 1) Apertam et manifestam reddidit *viam c. a. r. Kam. Dj.*; Praescripsit *quid* pro recto tramite regiave via *c. a. r. et* ل *p. Gol.*; 2) Patuit et conspicuus fuit, *de via. Kam.*; 3) *n. a.* نَهْج Incessit et secutus fuit *viam c. a. Kam. Dj.*; Instituit facere. *Reisk. ad Gol.*; 4) Trivit *vestem c. a. Kam.*; 5) Tritus fuit, *de veste. Kam.*; 6) *F. i.* Graviter, continuo anhelavit vix interrupto spiritu. *Kam.* b) نَهِج *F. a. n. a.* نَهَج 1) Anhelavit continuo, vix interrupto spiritu, quomodo quis valde lassus respirare solet. *Kam. Dj.*; 2) Tritus fuit, *de veste. Kam. Dj.* c) نَهُج Tritus fuit, *de veste. Kam.* IV Apertus, manifestus fuit, *de via*, *re. Kam. Dj.*; Apertam, manifestam, reddidit *viam*, *rem c. a. r. Kam.*; Trivit *vestem c. a. Kam.*; Trita fuit *vestis. Djeuh.*; Continuo anhelantem reddidit *c. a. p. Dicitur* فلان ينهج فى النفس فما ادرى ما انهجه. *Dj.*; Continuo, quum equitaret, anhelum reddidit *equum c. a. Kam. Djeuh.*, *et hinc* pressit, afflixitve *c. a. p. Gol.*; Manifesta evasit *via*. *Kam.* VIII Incessit *via c. a. Harir. p.* ٥٥. X Institit *alterius viam*, *eiusve modum* secutus fuit *c. a. r. Kam. Dj.*; Patens et manifesta facta fuit *via*. *Kam.*

نَهْج Via aperta et manifesta. *Kam. Dj.*

نَهَج Anhelatio, asthma. *Gol.*

نَهُوج Apertus, manifestus. *Reisk. ad Gol.*

نُهُوج *Pl.* Distinctae (lineae). *Diw. Huds.*

مَنْهَج *Pl.* مَنَاهِج Via aperta et manifesta. *Kam. Dj.*

مِنْهَاج *Idem.* *Kam. Dj.*

نَهَدَ *F. a. et o. n. a.* نَهْد، نُهُود 1) Invasit, contendit *in hostem c.* ل *p. Kam. et c.* الى. *Dj.*; 2) *n. a.* نُهُود Tursit, sororiavit *puellae mamma. Kam.*; 3) Sororiantes mammas habuit *puella. Kam.*; 4) Penetravit, pervasit omni modo, *de viro. Kam.*; Magnum reddidit *donum c. a. r. Kam.* b) نَهُد *n. a.* نَهُودَة Carnosus, magnus et pulcher fuit *equus. Kam. Dj.* II Sororiantes mammas habuit *puella. Kam.* III *n. a.* مُنَاهَدَة Digitis, *scil.* eorum iudicio, sortem duxit, sortitus fuit *cum aliquo c. a. p. Kam. Dj.*; Invasit *hostem*, conseruitque *cum eo* manus *c. a. p. conf.* ناهض. *Kam. Dj.*; Aequalem impensarum partem contulit *cum alio c. a. p. Gol. ex Dj.* IV Magnum reddidit *donum c. a. Kam.*; Implevit *vel* prope implevit *vas c. a. Kam. Dj.* V Elatum fuit pectus propter spiritus ductum; Suspiravit. *Jac. Schult.* VI *n. a.* تَنَاهُد *De plur.* Aequales sortes contulerunt comites, ad faciendas in itinere impensas. *Kam. Dj.* X Vocavit ad proelium. *Reisk. ad Gol. Diw. Huds.*

نَهْدٌ Elata res. *Kam.*; Mammae turgentes; Corpulentus; Carnosus, altus et pulcher *equus*. *Kam. Dj.*; Generosus vir, ad res magnas erectus ac tendens. *Kam. Dj.*; Leo. *Kam.*; Nomen tribus. *Hamas.*

نِهْدٌ (*et* نَهْدٌ) Quod aequali sorte conferunt comites ad itineris impensas. *Kam.*

نَاهِدٌ (*et quoque cum* ة) *Pl.* نَهْدَاءُ, نَوَاهِدُ Turgentes, sororiantes mammas habens *puella*. *Kam. Dj.* النَّاهِد Leo. *Kam.*

نُهَادٌ Quantitas. *Dicitur* نُهَادُ مَائَةٍ. *conf.* نِهَاءٌ.

نُهُودٌ *Pl.* Mammae. *Taraf. Moall. adnott. p.* 131.

نَهِيدٌ Tenuis *cremor lactis*. *Kam.* (*sed in Djeuharii opere*: non tenuis); Trochus dentatus (vermis). *Forsk. descript. animal.* XXVII, 125.

نَهَّادٌ Prosiliens *in hostem*, *de leone*. *Fakih. Alchol. p.* lov.

نَهْدَاءُ *Fem.* Eminens, *de arenarum cumulo*. *Dicitur* رَمْلَةٌ نَهْدَاءُ. *Kam. Dj.*

نَهْدَانُ Plenus, non prorsus, *velut* usque dodrantem, *de vase etc. Kam. Dj.*

نَهِيدَةٌ Edulium ex medulla granorum colocynthidos cocta et farina admixta paratum. *Kam. Dj. Harir. p.* ١٣٨.

مُنَهَّدٌ Sororiantibus mammis praedita *puella*. *Kam.*

نَهَرَ *F. a.* 1) Fluere fecit effodiendo *fluvium c. a. Kam. Dj.*; 2) Per terram copiose fluxit *aqua*. *Dj.*; Profluxit, copiose manavit *res quaevis* liquida fluxilisve. *Gol.*; 3) Fodit, donec pertingeret ad aquam. *Kam.*; 4) Increpuit, repulit, abegit inclamando *c. a. p. Kam. Dj.* b) نَهِرَ *F. a.* Fodit, donec pertingeret ad aquam. *Kam.* IV Fodit, donec perveniret ad aquam. *Kam.*; Conspicuum fecit et fluere sivit *sanguinem c. a. Dj.*; Sanguinem profudit *vena*, ut inhiberi non posset. *Kam.*; Copiose fluxit *sanguis*. *Kam.*; Dilatavit, amplum fecit *fluvium c. a. r. Kam.*, confossione *vulnus c. a. r. Dj.*; Interdiu fuit *vel* fecit quid. *Kam.*; Obesa fuit *mulier*. *Kam.*; Remisit cursum tardescens *equus*. *Kam.*; Non adeptus est boni quicquam. *Kam.* VIII Increpuit, repulit, abegit inclamando *virum c. a. p. Kam. Dj.*; Cum quadam duritie denegavit *petenti rem c. a. p.*; Sanguinem profudit *vena*, ut inhiberi non posset. *Kam.*; Solutus fluidusque fuit *venter*. *Kam.* X Copiose fluxit. *Dj.*; Late patuit, ample diductus fuit, *de re*. *Kam.*; Deduxit *fluvium* firmo loco *c. a. r. Kam.*

نَهْرٌ *Pl.* نُهُرٌ, نُهُورٌ, أَنْهُرٌ, أَنْهَارٌ Fluvius, flumen. *Kam. Dj.* النَّهْرُ Oxus. النَّهْرُ Nomen sideris (Fluvius, Eridanus). *Ideler Unters. p.* 227.

نَهْرٌ Fluvius, flumen. *Kam.*; Amplitudo. *Kam.*

نَهِرٌ Interdiu agens, degens. *Kam. Dj.*; Qui interdiu quid facit, *seu pec.* excurrens in hostem. *Gol. Dicitur et* نَهَارٌ نَهِرٌ Lucidus dies. *Kam.*; Amplus, *de fluvio*. *Kam.*; Uvae albae. *Kam.*

نَاهِرٌ Uvae albae. *Gol.*

نَهَارٌ (*carens Plur. Djeuh., secund. alios Plur.* نُهُرٌ *de mult.*, أَنْهُرٌ *de pauc. Dj.*) Dies (ab ortu aurorae usque ad occasum solis, *vel* ab ortu solis usque ad eius occasum). *Kam.* (*opponitur nocti*). لَيْلًا وَنَهَارًا Noctu et interdiu; *Pl.* نُهُرٌ, أَنْهِرَةٌ Pullus otidis seu tardae avis حُبَارَى, *aliis* avis كَرْوَان appellatae, *vel* mas eiusdem avis, *aliis* bubo mas, *aliis* pullus avis القَطَا. *Kam. Dj.*

نَهْرَةٌ Raptus, ereptio. (*Pro vocabulo* دَعْوَةٌ, *quod in Kamuso Calcutt. legitur*, دَغْرَةٌ *legendum est*). *Kam.*

نَهِيرٌ Affluens; Copiosus, multus. *Kam.*

نَهْرِيٌّ Cloaca. *Vit. Salad. ex Abulfeil. p.* 43.

نَاهُورٌ Nubes. *Kam.*

نَهِيرَةٌ Lactis copiâ abundans *camela*. *Kam.*

أَنْهَرُ Clarus, lucidus, *de die*. *Dicitur* نَهَارٌ أَنْهَرُ. *Kam.*

مَنْهَرٌ Locus in fluvii alveo excavatus ab aqua. *Kam.*; Fissura seu canalis castellum penetrans, per quem fluit aqua. *Kam.*

مَنْهَرَةٌ Spatium amplum inter domos tribus, quo abiiciunt quisquilias. *Kam. Dj.*

الأَنْهُرَانِ Sidera الْعَوَّاءُ et السِّمَاكُ appellata (*propter aquae copiam, quam portendunt, ita dicta*). *Kam.*

نَهْرَجَ Congressus *cum muliere* fuit *c. a. p. Kam.*

نَهْرَجٌ Amplus, spatiosus, *de via*. *Kam.*

نَهَزَ *F. a. n. a.* نَهْز (*conf.* نَكَز *et* كَزّ) 1) Percussit, trusit *c. a. p. Kam.*; Percussit capite *mammam matris pullus camelinus c. a. r. Dj. conf.* لهز; 2) *n. a.* نَهْز Movit *caput suum c. a. Kam. Dj.*; 3) Repulit distinuitque a se. *Gol. ex Mar.*; 4) Commovit *in puteo* immissam *urnam*, implendi ergo *c.* في *put. et* ب *urn. Kam.*; 5) *n. a.* نَهْز Pectus sustulit *iumentium* ad eundum. *Kam. Dj.*; 6) Propinqua fuit *res. Kam.* III *n. a.* مُنَاهَزَة Prope accessit, propinquus fuit *c. a. Kam. Dj.*; Praecurrit properando *praedam c. a. Kam.*; Occupare *prae eo*, seu praeripere *illi* studuit *occasionem c. a. r. Dj.* VI *De plur.* Properarunt inter se, praecurrerunt *ad rem aliquam c. a. Kam. Dj.* VIII Captavit, arripuit *occasionem c. a. r. Kam. Dj.*; Excessit modum, immoderatus, inhonestus fuit *in risu c.* في. *Kam.*

نَهْز Quantitas. *Kam.*

نَهِز Leo. *Kam.*

نَاهِز Princeps. *Hamas. p.* ٦٥f.

نُهَاز Quantitas *rei. Kam.*

نَهْزَة Occasio. *Kam. Dj.* عَلَى نَهْزَة Occasione data.

نَهَّاز Asinus pectus ad eundum attollens. *Kam.*

نِهَازَة Quantitas. *Gol.*

نُهَازَة *Idem. Gol.*

مَنْهَز Exterior locus *putei*, ubi consistit camela, quae inservit hauriendae aquae rigandi ergo. *Kam.*

نَهَسَ *F. a. n. a.* نَهْس 1) Arripuit et evulsit *carnem* anterioribus dentibus *c. a. r. Kam. Djeuh.*; 2) *n. a.* نَهْس Momordit *serpens. Kam. Dj.* b) نَهِس *F. a. Idem.* VIII Arripuit et evulsit *carnem* anterioribus dentibus *c. a. Dj. vide* نهش; Opprobrio affecit *c. a. p. Hamas. p.* ٣٢٩.

نَهْس Species avis. *Kam.*

نُهَس *Pl.* نِهْسَان Nomen avis passeres venantis. *Kam.*

نَهُوس Leo. *Kam.*

نَهَّاس Leo. *Kam.*, *et i. q.* نَهِس.

مَنْهَس Locus, ex quo editur res. *Kam.*

مِنْهَس Leo. *Kam.*

مَنْهُوس Macer, *de viro. Kam. Dj.* منهوس القدمين Macros habens pedes *c. genit. vide* منهوش. *Kam.*

نَهْسَر 1) Concidit *carnem c. a. Kam.*; 2) Comedit, voravit *cibum c. a. Kam.*

نَهْسَر Lupus, *aliis* catulus lupi ex hyaena. *Kam.*; Levis, agilis, velox. *Kam.*; Vorax in edenda carne. *Kam.*

نَهْسَك Pastinaca silvestris *etc. Gol.*

نَهَشَ *F. a. n. a.* نَهْش (*conf.* نَهَس) 1) Punxit, *de scorpione, serpente. Kam. Dj.*; Momordit, *aliis* dentibus molaribus apprehendit *rem* (*ita ut* نهس anterioribus) *vel* toto ore *c. a. r. Kam. Dj.*; 2) Pressit et ad egestatem redegit *fortuna aliquem c. a. p. Kam. Dj.*; 3) *Pass.* Tenuis fuit, *de brachiis. Kam.* VI *De plur.* Se invicem momorderunt. *Lokman. fabul.* 40.

نَهِش Levis agilisque. *Dicitur* نَهِش اليدين والقوائم. *Kam. Dj.*; *et i. q.* نمش Diversa a caeteris pedum vestigia terrae imprimens *camelus. Kam.*

نَهَاش *Pl.* نهشان Avis nomen, *sec. alios* avis ad speciem صرد pertinens, quae passeres venatur. *Domair.*

نَهَاوِش *Pl.* Iniquitates, oppressiones. *Kam.*

أَنْهَش Magis mordens. *Fakih. Alchol. p.* ١٨٠.

مَنْهُوش Iniquiore fortuna et egestate pressus. *Kam. Djeuh.* منهوش القدمين Macros pedes habens. *Kam.*

مُنْتَهِشَة *Fem.* Faciem unguibus vulnerans in infortunio. *Kam.*

نَهْشَل 1) Consenuit. *Kam.*; 2) Dentibus scalpendo momordit. *Kam.*; 3) Edit avide et valde esurientis more. *Kam.*; 4) Vectus est camela absque domini venia (quae camela هشيلة appellatur). *Kam.*

نَهْشَل Lupus. *Kam.*; Accipiter. *Kam.*; *Fem.* ة Annosus, prae senio vacillans, *aliis* viribus non omnino carens. *Kam.*

نَهْصَر (*vide* نهسر) Lupus.

نَهَضَ *F. a. n. a.* نَهْض, نُهُوض 1) Extulit se, surrexit, assurrexit *ad aliquam rem c.* ل, *aut in aliquem c.* الى *p.*

Kam. Djeuh.; Perfecit *rem*; Portavit *rem c.* ب *r.*; 2) *n. a.* نَهْض *et* نُهُوض Alas expandit et ad volandum se disposuit *avis. Kam. Dj.*; Evectus fuit, *de planta. Kam. Dj.* III *n. a.* مُنَاهَضَة Surrexit *contra alium*, et *se* opposuit *c. a. p. Kam.* IV Excitavit, excivit *c. a.*; Surgere iussit, effecit, ut surgeret *c. a. p. Kam. Dj.*; Impleri coepit, paene impletus fuit *uter. Kam.* VI *De plur.* Contra invicem assurrexerunt *in bello c.* فى. *Kam.* VIII Excitatus fuit, assurrexit. *Kam.* X Excitavit et assurgere iussit *aliquem ad rem aggrediendam c. a. p. et* ل *r. Kam. Dj.*

نَهْض *Pl.* أَنْهُض Pars in corpore *cameli*, quae est inter partes منكب et كتف appellatas. *Kam. Dj.*, quae inter scapulas eius et lumbos. *Muzj.*; Iniustitia. *Kam.*; Asper et difficilis adscensu locus. *Dicitur* صعدنا الى نهض صعد. *Kam.*

نَاهِض Pullus avis alas expandens seque parans et elevans ad volatum. *Kam. Dj.*; Pars carnis protuberans in armo equi. *Kam. Dj.*

نِهَاض *Pl.* Difficiles adscensu *viae. Kam.*

نَاهِضَة Filii patris ex alia coniuge, qui cum aliquo assurgunt ad opus perficiendum (*in Djeuharii opere est* male volentes). *Kam.*; Ministri opus alicuius perficientes. *Kam.*

نَهَّاض Multum assurgens, se attollens. *Taraph. Moall. ed. Vullers. v.* ٢٩.

نَوَاهِض *Pl.* Magni et validi *cameli. Kam.*

مَنْهُوض Erectus. منهوض السنان Cuius ferrum erectum et firmum est, *de hasta. Reisk. ad Gol.*

نَهْضَل Senex et annosus. *Kam.*; Vetus *vultur accipiterve. Kam.*

نَهَطَ *F. a.* Confodit, transfixit *hasta aliquem c. a. p. et* ب *instr. Kam.*

نَهَعَ *F. a. n. a.* نُهُوع Simulavit vomitum, quum vomere nollet. *Kam.*

نَهِفَ *n. a.* نَهْف Attonitus, obstupefactus fuit. *Kam.*

نَهَقَ *F. i. n. a.* نُهَاق, نَهِيق Rudit *asinus. Kam. Djeuh.* b) نَهِقَ *F. a. Idem. Kam.*

نَهْق Nomen avis. *Kam.*; Nomen herbae similis erucae silvestri. *Kam.*

نَهَق Eruca silvestris (*sec. nonnullos*). *Kam.*

نَاهِق Rudens *asinus*, *etiam de equo dicitur*; *Plur.* نَوَاهِق Locus in gutture, e quo ruditus prodit. *Kam. Djeuh.* النَّوَاهِق *et* الناهقان Ossa duo prominentia in solidipedum animalium maxillis, qua parte lacrymae fluunt. *Kam. Dj.* النواهق Ossa duo in crure, *tum* Pars circumdans dorsum nasi (خيشوم) in iumento. *Hamas. p.* ٧٩٠.

نَهِيق Ruditus asini.

نَهَكَ *F. a. n. a.* نَهَاكَة 1) Insigni cum diligentia ac studio fecit. *Sic dicitur* نهك من الطعام Summo cum studio edit. *Kam. Dj.*; Summo cum studio *honorem alicuius* diminuit, contumelia afficiens. *Dicitur* نهك عرضه. *Kam. Dj.*; (*n. a.* نَهْك. *Dj.*) Induit continuo *vestem*, donec trita esset *c. a. r. Kam. Dj.*; Vicit, superavit *aliquem c. a. p. Kam.*; 2) *n. a.* نَهْك Exhausit omnino mulgendo *mammam c. a. r. Kam.*; Vehementer affecit et emaciavit *aliquem febris c. a. p. Kam. Dj.*; 3) *n. a.* نَهْك, نَهْكَة Vehementer poena afflixit *aliquem c. a. p. Kam.*; 4) *n. a.* نَهْك Consumsit *vinum aliquem c. a. p. Kam.*; Debilitavit, viribus destituit *aliquem vinum c. a. p. Kam. Corani autem verba* انهكوا اعقابكم *sic vertenda sunt* Diligenter lavate et mundate calcaneos vestros. *Kam. Dj. Item verba, quae traditione ad nos delata sunt* انهكوا وجوه القوم *sic intelligenda* Summum studium in pugna contra hostes adhibete. *Kam. Dj.* b) نَهِكَ *F. a. n. a.* نَهَك, نَهْكَة Vehementer afflixit poenâ *aliquem c. a. p. Dj.*; Afflixit *aliquem febris etc. c. a. p. Dj.* c) *Pass.* Continuo laboravit morbo, debilitatus, extenuatus fuit. *Kam. Dj.* d) نَهُكَ *F. o. n. a.* نَهَاكَة Insigni cum studio et diligentia peregit res. *Kam.*; Pulchra indole praeditus fuit *homo. Kam.*; Strenuus fuit *homo. Kam. Dj.*; Validus fuit *camelus. Kam.* IV Summo supplicio affecit *aliquem c. a. p. Kam.* VIII Afflixit, extenuavit *aliquem febris c. a. p. Kam.*; Diminuit *honorem c. a. r. Dj.*; Dignitatem rei diminuit. *Harir. p.* ١٩. IX انْهَكَّ *i. q.* انْفَكَّ. *Kam.*

نَهْك (*in arte metrica*) Abiectio duarum partium versus in

metro Redjes appellato, ut una tantum tertia pars remaneat. *Tarifat. conf.* منهوك.

نَاهِكٌ Summo cum studio et diligentia agens. *Kam.*

نَهْكَةٌ Afflictio. *Hamas. p.* ٣٥٩.

نَهُوكٌ Strenuus *vir. Kam.*

نَهِيكٌ Insigni cum studio et diligentia peragens. *Kam.*; Strenuus *vir. Kam.*, *leo. Djeuh.*; Validus, *de camelo*; Saeviens. *Kam.*; Debilitatus morbo, afflictus poena, *et contra* Robustus. *Citab Aladhdad*; Acutus et penetrans *ensis. Kam. Dj.*; Egregius indole, *de homine. Kam.*; Insecti species culici similis (حرقوص). *Kam.*

نُهَيْكٌ Insecti species culici similis حرقوص. *Kam.*

تَنْهِكَةٌ Poena, tormentum. *Kam.*

مَنْهَكَةٌ Causa debilitationis. *Harir. p.* ٥٧٧.

مَنْهُوكٌ Debilitatus, afflictus continuo morbo. *Kam. Dj.*; Cuius duae tertiae partes abiectae sunt, ut una modo restet, *de versu* رجز *appellato. Kam. conf. libr. meum Darstell. d. Arab. Versk. p.* 116.

نَهِلَ *F. a. n. a.* نَهَلٌ, مَنْهَلٌ Primo potu haustuve bibit. *Kam. Dj.*; Potu expletus fuit, restinxit sitim. *vide seq. conf. Hamas. p.* ٣٩. IV *n. a.* إِنْهَالٌ Prima vice bibendum dedit *c. a. p. Kam.*; Habuit prima vice bibentes camelos. *Kam.*; Concitavit ad iram *aliquem c. a. p. Kam.*

نَهَلٌ Potus, quo primum aquantur cameli (*post eum prope aquae locum cubant: deinde potatum redeunt*, qui secundus potus علل *dicitur*: *ab eo denique in pascua revertuntur*). *Kam. Dj.*; Cibus, qui comeditur. *Kam.*; Prima vice bibentes *cameli. Kam. Dj.*

نَاهِلٌ *Pl.* نَهَالٌ Potans, *pec.* prima vice, *camelus*; Satiatus potu, *et contra* Sitiens. *Kam. Dj.* إبل نهال Prima vice bibentes cameli. *Kam.* النهال Nomen stellarum. *Ideler Unters. p.* 237.

نَهْلَةٌ Haustus unus. *Togr.* إبل نهلة Prima vice bibentes cameli. *Kam.*

نُهُولٌ *Pl.* Prima vice bibentes *cameli. Kam.*

نَاهِلَةٌ Ad aquationis locum ultro citroque euntes *homines. Kam. Dj.*

نَهْلَانُ *Plur.* نَهْلَى Bibens; Satiatus potu, *et contra* Sitiens. *Kam.* إبلٌ نَهْلَى Prima vice bibentes cameli. *Kam.*

نَوَاهِلُ *Pl.* Esurientes *cameli. Kam.*; Prima vice bibentes *cameli. Kam.*

إِنْهَلْ *nempe* إِنْهَلْ تَلَانَ *i. e.* حَسْبُكَ ٱلْآنَ Satis sit tibi nunc. *Kam.*

مَنْهَلٌ *Pl.* مَنَاهِلُ Locus, ubi est aqua; Aquationis locus in pascuis. *Kam. Djeuh.*; Locus in deserto prope itineris viam, ubi divertuntur. *Kam. Dj. Dicitur* منهلا نزلوا. *Kam.*; *item* Sepulcrum. *Kam.*; Maxima munificentia. *Kam.*

مِنْهَالٌ Multum adaquans primo potu camelos *vir. Kam.*; Cumulus arenarum altus non firmus, sed diffluens. *Kam.*; Sepulcrum. *Kam.*; Maxima munificentia. *Kam.*

نَهَمَ *F. a. et i. n. a.* نَهْمٌ, نَهْمَةٌ, نَهِيمٌ 1) Increpuit inclamando *camelos*: *pec.* ad incitandum gressum *c. a. Kam. Dj.*; 2) Vocem emisit gravi spiritu. *Kam.*; Rugiit *leo. Kam.*; Vehementer anhelavit *vir. Kam.*; 3) *Lapillis* iecit *c. a. r. Kam. Dj.* b) نَهِمَ *F. a.* 1) (*conf.* نحم) Vocem emisit, *pec.* gravi altoque spiritu, *et* Rugiit, *de leone*, *quum minatur.* (*Minus est*, *quum dicitur* نَئِيم *et* نهيت). *Kam. Dj.*; Barrivit *elephas. Djeuh.*; 2) *n. a.* نَهَمٌ, نَهَامَةٌ Vehementer avidus cibi fuit, ut nunquam satis habere putaret. *Kam. Dj.*; 3) Magna cum cupiditate deditus fuit *rei c.* ب *r. Kam.* c) نَهِمَ *i. q.* نَهِمَ *sign.* 2 *et* 3 *c.* ب *r. Kam. Djeuh.* III *n. a.* مُنَاهَمَةٌ Una *cum alio* anhelando vocem edidit *c. a. p. Kam.*

نَهَمٌ Daemon. *Kam.*, *quasi rugiens et avidus leo*, *aut* Nomen idoli a Mosainitis Arabibus culti. *Kam.*

نَهَمٌ Gulositas, *seu* inexplebilis appetitus cibi, bulimia. *Gol.*

نَهِمٌ Cibi vehementer avidus, ut nunquam satis habere putet. *Kam.*

نَهَّامٌ Faber ferrarius, faber lignarius. *Kam.*

نُهَامٌ *Idem. Kam.*; Nomen avis, *aliis* Noctua (*in carmine Thirimmahi*). *Kam. Dj.*; Monachus. *Kam.*

نَهْمَةٌ Incitatio camelorum ad gressum celerem; Ingens cu-

pido rei. *Kam.*; Res factu necessaria. *Kam.*; Rugitus *leonis*. *Kam.*; Vox *viri*.

نَهِيم Cibi vehementer avidus, ut nunquam satis habere putet. *Kam.*

نَهَّام Leo. *Kam.*; Via aperta. *Kam.*

نَهَّامَة Leo. *Kam.*

نَهَّامِي Faber ferrarius, faber lignarius. *Kam.*

نُهَّامِي *Idem*. *Kam.*; Princeps monasterii. *Kam.* نَهَامِي Facilis, planus, *de via*. *Kam.*

مِنْهَام *Pl.* مَنَاهِيم Increpanti obsequens, *de camela*. *Dicitur* ناقة منهام. *Kam. Dj.*

مَنْهَمَة Opificina fabri lignarii. *Kam. vide* نهامي.

مَنْهُوم Vehementer avidus cibi, ut nunquam satis habere putet. *Kam.*; Quam maxime deditus rei et cupidus *c.* ب *r. Kam. Dicitur* منهوم بالمال *et* منهوم بالعلم. *Djeuh.*

نَهْمَة *n. a.* نَهْنَهَة 1) Depulit, retinuit *aliquem a re* (*pro* نهه) *c. a. p. et* عن *r. Kam. Dj.*; 2) Se continuit, retinuit *in re c.* في *r.* (*elliptic.*); 3) Inclamavit et abegit *feram c. a. Dj.* II Abstitit, abstinuit. *Kam. Dj.*

نَهْنَة (*ut* لَهْلَة *et* عَلْهَل) Pannus subtilioris texturae. *Kam. Djeuh.*

نَهَا *F. o. at rectius* نَهَى *F. a. n. a.* نَهْي 1) Vetuit, interdixit *c. a. p. et* عن. *Kam. Dj.*; 2) *F. a.* Pervenit *c.* الى (*sed rarioris est usus*). *Kam.*; *Pass.* نُهِيَ Perductus fuit, pervenit *ad c.* الى. *Kam.*; 3) Missam fecit *rem*, quam quaesiverat *c.* عن *r. Kam. Dj.* b) نَهُوَ Intelligens *aut* prudens fuit. *Kam.* II Vetuit, interdixit (*sed fere apud poëtas tantum*) *c. a. p. et* عن *r. Djeuh.*; *n. a.* تَنْهِيَة Ad summum pertigit terminum. *Kam.*; Pervenit *ad aliquem c.* الى *p. Kam.* IV *n. a.* إِنْهَاء Fecit, ut perveniret, perduxit ad finem *rem c. a. r. Kam. Dj.*; Transmisit, pertulit *c.* الى *p. et c. a. r. Dj.*; Venit, pervenit. *Kam.*; Pervenit ad locum نهى, *scil.* stagnum, *vel* huic similem locum. *Kam.*; Missam fecit *rem*, quam quaesiverat *c.* عن *r. Kam.*; *Pass.* Perlatus fuit. *Kam.* VI Ad summum pertigit terminum, *et* Pervenit *ad aliquem nuntius c.* الى *p. Dj.*; Ad finem pervenit, finitus fuit. *Kam.*; Quievit ac restagnavit *aqua*, *quasi fluxu prohibita fuit*. *Dj.*; Interdictus fuit, abstinuit interdictus vetita *re*, *ab ea* alienus fuit *c.* عن. *Kam. Dj.*; *De plur.* Prohibuerunt invicem et interdixerunt invicem *c.* عن *r. Dj.* VIII *n. a.* اِنْتِهَاء Interdicto prohibitus fuit, *vel* abstinuit *c.* عن *r. Kam. Dj.*; Pervenit pertigitve *ad aliquem c.* الى *p. Kam. Dj.*; Portavit *aliquid ad aliquem locum c.* ب *r.*, *et absolute* Ad finem pervenit, finitus fuit. *Kam.*

نَهٍ *et* نَهْ *Pl. regul.* Summopere prudens, intelligens. *Kam.*

نَاهٍ Sufficiens pro altero, *ut* حَسْب. *Sic dicitur* هَذَا زَيْدٌ نَاهِيكَ مِن رَجُلٍ. (*In hoc tam Dualis quam Pluralis adhiberi potest*). *Dj.* *Et dicitur* هذا عبدُ اللهِ نَاهِيكَ من رجلٍ. *Dj.* نَاهِيكَ بفلانٍ Quidam tibi sufficit. *Harir. p.* ٧٩.

نَهَا Sufficiens pro altero, *ut* حسب. *Sic dicitur* هُوَ نَهَاكَ مِنْ رَجُلٍ. *Kam. Dj.*

نُهْيَة Prohibitio, interdictum. *Gol.*; Intelligentia, prudentia. *Gol.*; Sufficiens pro altero, *ut* حَسْب. *Sic dicitur* هو نُهْيُكَ من رجل Sufficit tibi, nec est quod alium requiras. (*In hoc nec Pluralis neque Dualis adhiberi potest*). *Dj.*; Stagnum aut huic similis locus. *Kam.*; Scrobs locusve depressior in campo, ubi restagnat aqua. *Gol.*

نُهًى Vitrum. *Kam.*

نُهًى *Pl.* أَنْهٍ, أَنْهَاء, نُهِيّ, نِهَاء Stagnum, *aut* huic similis locus. *Kam.* (*Hic cum vocali Kesra enunciandi modus provinciae Nedjd incolis proprius est*); *item* Finis et extremum rei. *Kam.*

نُهًى Intelligentia, prudentia. *Kam.*

نِهَاء Quantitas *centum hominum c. genit. Dj.*; Valde parvum pluviae receptaculum. *Kam.*; Altitudo *aquae*, *diei*. *Kam.*; Vitrum. *Kam.*; *Pl.* نُهَاء Ampulla. *vide* نهاء; Lapis albus marmore mollior. *Kam.*; Medicamentum, quod in desertis reperitur (planta *scil.*). *Kam.*; Species concharum. *Kam.*; Extremum, finis *rei*. *Kam.*

نُهَاء Quantitas *centum hominum c. genit. Kam. Dj.*; Altitudo *aquae*. *Dj.*; Vitrum, ampulla. *Dj.*

نُهَاة *Pl.* نُهَى Ampulla. *Gol.*

نَهُو *Pl. san.* Semper prohibens, vetans *c.* عن *r. Kam. Dj.*; Valde intelligens ac prudens. *Gol.*

نَاقَة نَهِيَة Summe obesa camela. *Kam.*; *it.* نهية Intelligens *vir. Gol.*

نَهْيَة *Pl.* نُهًى Interdictum. *Kam. Dj.*; Intelligentia, prudentia. *Kam. Dj.*; Finis, extremum rei. *Kam.*; Crena in capite paxilli. *Kam.*

نُهًى Prudentia, intelligentia. *Dj.*; *Pl.* أَنْهِيَاء Summopere prudens, intelligens. *Kam.*

نَاهِيَة Prudentia, intelligentia. *Dj.*; *Plur.* نَوَاهٍ *i. q.* نَهْيَة Interdictum *seu* res vetita. ناهيتك من امراة يكفيك Sufficit illa mulier tibi prae aliis. (*Et in hoc Pluralis et Dualis adhiberi possunt*). *Dj.*

نِهَايَة Extremum, finis rei. *Kam. Dj.* *Dicitur* بلغ نهايته Pertigit ad summum terminum. *Dj.*; *item* Extremitas ligni, quod inseritur interfinio nasi camelini. *Kam.*; Lignum, in quo imposita onera a iumento portantur. *Kam.*

نَاقَة نَهِيَة Summopere obesa camela. *Kam. Dj.*

اِنْتِهَاء Finis, terminus, terminatio.

تَنْهَاء Terminus, ad quem pertingit aquae fluxus in valle. *Kam.*

تِنْهَاء Res, qua aqua irrumpens retinetur (*sive* terra *sit*, *sive* aliud quid). *Kam.*

تَنْهِيَة *Pl.* تَنَاهٍ *i. q.* تَنْهَاء. *Kam. Dj. Hamas. p.* ٥٨.

مَنَاهٍ *Pl.* Interdicta. *Harir. praefat.*

مَنْهَاة Intelligens ac prudens *vir. Kam.*

مُنْتَهًى Finis, terminus. منتهى الجموع Formae postremae pluralium. *De Sacy Gramm. Ar. T. I. p.* 372.

مُتَنَاهٍ Summo praeditus *intellectu c. genit.*

نَاءَ *F. o. n. a.* نَوْء, تَنْوَاء 1) Surrexit cum labore et molestia. *Kam. Dj.* ناء بالحمل Assurrexit cum onere, *pec.* eo gravatus, idque asportavit. *Kam. Dj.*, *et dicitur* تنوء في بجهيزتها. *Dj.*; Surrexit tendens *ad aliquem c.* الى *p. Dj.*; Surrexit *contra alium c.* ل *p.*; 2) *n. a.* نَوْء Pressit *aliquem onus*, ut vix surgere posset et in latus inclinaretur *c. a. p.* *Dicitur* عندى ما ساءه وناءه. *Dj.*; Pressit *rem* gravitate *c.* ب *r. Dj.*; 3) *n. a.* نَوْء Concidit gravius onustus. *Kam. Dj.*; 4) *n. a.* نَوْء Occidit tempore diluculi in occidente *sidus*, dum alterum simul oritur in oriente. *vide* نوء *seq. Kam.*; 5) *pro* نأى (*conf.* ناع) Longe abfuit. *Dj.* III *n. a.* نِوَاء, مُنَاوَأَة Adversatus fuit *alicui*, se opposuit *c. a. p. Kam. Dj.* (*interdum sine Hamza*). IV *n. a.* اِنَاءَة Gravavit, pressit *aliquem onus c. a. p. conf.* اناع. *Kam. Dj.* X Petiit donum rogavitque *c. a. p. Kam.*; *it.* اِسْتِنْوَاء *et* اِسْتِنْآى Occidit tempore diluculi in occidente *sidus*, dum alterum simul oritur in oriente. *Kam.*

نَوْء Donum; *Pl.* أَنْوَاء, نُوَآن, نُوَان, أَنْوَاء Sidus ad occasum se vergens, *vel* occasus sideris in occidente tempore diluculi, dum simul in oriente alterum ei oppositum oritur. *Kam.* *Dicitur* قد صدق النوء Pluviam attulit sidus. *conf. Harir. p.* ١٨٩, *pec.* quod ad aliquam XXVIII mansionum lunarium pertinet, cum multo mane occidit, opposito sidere, quod رقيب dicitur, simul oriente, *unde pluviae et tempestatum prognosin Arabes captant. Dj.* *Dicitur* مُطِرنا بنَوْء كذا. *Dj. conf. Harethi Moall. ed. Vullers p.* 58 *ad carmen Abul-Ohlae*; Pluvia. *Hamas. p.* ٧١٣; Procella. *Reisk. ad Abulf. Ann. T. II. p.* 157 *sq.*

أَنْوَأ Peritior artis, quae ad الأَنْوَاء *sc.* sidera, eorumve occasus, pertinet. *vide* نَوْء *praec. Kam.*

مُسْتَنَاء Quod petitur donum. *Kam.*

نَابَ *F. o. n. a.* نَوْب, مَنَاب Vicem subiit explevitque, vicariam operam praestitit *c.* عن *p. Kam. Dj.*; 2) *n. a.* نَوْب, نَوْبَة Incidit, supervenit *res difficilis*, *infortunium c. a. p. Kam. Djeuh.*; 3) *n. a.* نَوْب Propinquus fuit. *Gol. ex Mar.*; 4) *n. a.* نَوْب Una vice post alteram rediit *ad aliquem c.* الى *p. Kam.* *Inde dicitur* ناب الى الله Resipiscens ad Deum rediit (*de peccatore*); Obediens fuit et Deum coluit *vir. Kam.*; 5) Annuit *rei c.* الى. *Gol.* III Pone et a calce venit *c. a. p. Kam.* IV Annuit *rei c.* الى; Effecit, ut *alicuius* vicem suppleret *c. a. p. et* عن *alt. Kam.*; Resipiscens *ad Deum* rediit *peccator c.* الى. *Kam. Dj.* VI تناوبوا على الماء Ordine, dum glarea cuilibet cum aqua distribuebatur, singuli biberunt.

Kam. VIII *n. a.* اِنْتِيَابٌ *De plur.* Observarunt vices inter se *in re c.* ب *r. Kam.*; Incidit, supervenit *res alicui c. a. p. Djeuh.*; Iteratis vicibus, iterum atque iterum, accessit *aliquem c. a. p. Kam. Dj.* X Vicarium constituit. *Jac. Schult.*; Rogavit *aliquem*, ut vicarius regis *aliquo loco* crearetur *c. a. p.*; Voluit, ut resipisceret.

نَوْبٌ Casus negotii alicuius *aut* mali. *Gol.*; Locus, qui ab altero loco itinere diei et noctis distat: *pec.* de aquae loco. *conf.* قَرْبٌ. *Kam. Dj.*; Robur. *Kam.*; Propinquitas. *Kam. Dj.*

نُوبٌ Nubae, incolae Aethiopiae. *Kam.*

نَوْبَةٌ Casus rei difficilis *aut* mali. *Abulfed. Ann. T. I. p.* 280; Vicis una; *Plur.* نُوَبٌ Ordo per vices ad alios perveniens. *Kam. Dj.*; Periodus, conversio temporis. *Kam.* بالنوبة Per vices; Occasio. *Kam.*; Hominum agmen. *Kam.*

نُوبَةٌ *Pl.* نُوَبٌ Casus accidens *rei. Kam.*; Nubia, Aethiopiae pars. *Kam.*; Nubiae gens. *Dj.*

نَائِبٌ *Pl.* نُوَّابٌ, نُوبٌ Vicarius alterius. *Kam.*; Vicarius regis. نايب الغيبة Vicarius principis dum abest; *Pl.* نُوبٌ Apis. *Kam. Dj.*; Copiosus, multus, *de bono. Kam.*; Contingens res. *Gol. ex Exod.* VIII, 9.

نُوبَى Opportuna pluvia verni temporis. *Gol.*

نَائِبَةٌ *Pl.* نَوَائِبُ Incidens fortunae casus: *pec.* adversus, infortunium. *Dj.* الحمى النايبة Febris quotidiana. *Dj.*

نِيَابَةٌ Vicis, ordo. *Dicitur* جاءت نيابتك. *Kam. Dj.*

نُوبِيٌّ Nuba unus, Nubiensis. *Dj.*

اِنْتِيَابٌ Vicis, quae pervenit ad aliquem. *Harir. p.* ٣٩.

مَنَابٌ Via ad aquam ducens. *Kam.*, *vel* ubi quis ceu vicarius agit. *Gol.*

مُنِيبٌ Pluvia copiosa et pulchra veris tempore. *Kam.*

نَاتَ *n. a.* نَوْت Vacillavit in incessu propter infirmitatem *vir. Kam.*

نَاتٌ (*pro* نَاسٌ) Homines. *Kam. Dj.*

نُوتِيٌّ *Pl.* نَوَاتِيُّ Nauta. *Kam. Dj.*

نَاحَ *n. a.* نَوْح Simulate et per hypocrisin egit in opere. *Kam.*

نَوْجَةٌ Turbo, typhon. *Kam.*

نَوْجَرٌ (*vox peregr.*) Lignum, quo arando terra invertitur. (*Cod. Lugd.* 124).

نَاحَ *F. o. n. a.* نَوْحٌ, نُوَاحٌ, نِيَاحٌ, نِيَاحَةٌ, مَنَاحٌ 1) Planxit, lamentatus fuit, cum planctu deflevit *coniugem suum mulier c. a. p. vel c.* على *p.*; 2) *n. a.* نَوْح Vocem protulit, gemuit modo rhythmico *columba. Kam.* III *n. a.* مُنَاوَحَةٌ Ex adverso oppositus fuit: *uti ventus alteri vento: et pecul. mulier* plangens plangenti *c. a. p. Harir. Gol.* V Commotus fuit et huc illuc agitatus fuit, *de re pendula. Kam. Djeuh.* VI *n. a.* تَنَاوُح E regione oppositi invicem fuere, *de montibus. Kam. Djeuh.*; Ex adverso spirarunt *duo venti. Hamas. p.* ٣٦٥. X Planxit. *Kam.*; Flevit *vir. Kam.*; Ululavit *lupus. Kam.*; Ad fletum impulit commovitque *aliquem c. a. p. Kam.*

نَوْحٌ Planctus. نِسَاءٌ نَوْحٌ Plangentes mulieres. *Kam. Dj.*

نُوحٌ Noah. *Dj.*

نُوَّحٌ نساء Plangentes mulieres. *Kam.*

نَوْحَةٌ Planctus ob hominis mortem. *Harir. p.* ١٠٧.

نَائِحَةٌ *Pl.* نَوَائِحُ, نَائِحَاتٌ Plangens *mulier. Kam. Dj.*

نَيِّحَةٌ Ex adverso et directe oppositus vento *ventus. Kam.* (qui transversus alteri est, نسيجة *dicitur*).

نواح Nomen avis ei similis, quae قمرى appellatur. *Domair.*

نِيَاحَةٌ Planctus, lamentatio (*aliis est nomen actionis*) *Kam. Dj.*

نَوَّاحَةٌ Lamentatrix, *et* Praefica. *conf.* نوء. *Gol.*

أَنْوَاحٌ نساء Plangentes mulieres. *Kam. Dj.*

مَنَاحَةٌ Domus lugubris, et locus, ubi plangitur. *Kam. Dj.*

نَاخَ (*at non usitata vox*) In genua decubuit *uti* oneris imponendi ergo *camelus. Hamas. p.* ٩٧٣. II Procumbere fecit. *Inde dictum est in Corano* نوخ الله الارض طروقة للماء. *Kam.* IV Procumbere fecit *camelus camelam*, ut iniri posset *c. a. Kam. Djeuh.*; Pervenit *ad locum*

c. الى; Castra posuit *ad urbem* c. على. *Gol.*, *vel* ب *l. Kosegart. Chrest.*; *minus recte Intrans.* Procubuit ad initum *camela. Gol.* V Procubuit *camela* initus causa. *Kam.*; Ad procumbendum impulit *feminam camelus* initus causa *c. a. Kam. Dj.* X Procubuit *camela* initus causa. *Kam. Dj.*

نَوْخَة *nomen* Consistere, subsistere. *Kam.*

نَايِخَة Terra longinqua. *Kam.*

مُنَاخ Locus, ubi cameli cubant. *Kam.*

اَلْمُنِيخ Leo. *Kam.*

نَادَ *F. o. n. a.* نَوَدَان, نُوَاد, نُود 1) Nutavit, vacillavit prae somnolentia; Movit caput. *Inde dictum est in traditione* لا تكونوا مثل اليهود اذا نشروا التوراة نادوا. *Kam.*; 2) Osculatus fuit *seu* donavit osculo. *Reisk. ad Gol.* V Commotus et agitatus fuit, *de ramo. Kam.*

نَارَ *F. o. n. a.* نُور 1) Luxit, splenduit. *Kam.*; 2) Conspexit ignem e longinquo. *Kam.*; 3) *n. a.* نُور, نَوَار, نِوَار Fugit, abhorruit *ab aliqua re* c. عن; Suspicionem fugit *mulier. Kam.*; Fugam cepit, fugatus ab hoste fuit. *Kam.*; 4) Suspicionem fugere iussit *mulierem c. a. p. Kam.*; 5) Cauterio signavit *c. a. p. vide* نار *et* نورة. *Kam.* II *n. a.* تَنْوِير Luxit *aurora. Kam.*; *n. a.* تَنْوِير Floruit *arbor. Kam.*; Emisit florem *planta*; Maturuit *seges. Kam.*; Nucleum iam habuit *dactylus. Kam.*; Illuminavit *aliquem Deus c. a. Kam.*; Illustravit, splendere fecit *sol etc. Gol.*; Signo notavit *camelum c. a. Kam.*; Punctura acus et glasto insperso caerulea cuti inscripta stigmata illitu rei نورة appellatae viridia fecit, atque ita *brachium etc.* pinxit ornatus ergo *c. a. Kam.*, *ita uti Arabibus*, *praesertim Scenitis*, *mos est. Gol.*; Praestricta oculorum acie illusit *praestigiatrix*, *vel* modo praestigiatricis Nura appellatae egit *c.* على *p. Kam.*; Pavidam reddidit *c. a. p. Gol.* III Conviciatus fuit *c. a. p. Kam.* IV Luxit *res. Kam.* أَنَار *et* أَنْوَر Pulcher fuit; nituit; Apparuit, conspicuus fuit. *Kam.* أنار Floruit *arbor. Kam.*; Illuminavit, splendore affecit *locum c. a. Kam.*; Pavidum fecit *c. a. Gol.* V Luxit. *Kam.*; Conspexit ignem e longinquo. *Kam.*; In fugam coniectus fuit. *Kam.*; Illitus fuit, *vel* illevit se, calce viva seu depilatorio unguento, *aut etiam* pice (هناء). *vide* نورة. *Kam.* VIII انتار *et quibusdam Verbi Perfecti more* انتور Semet psilothro (هناء) inunxit. *Kam.* X *n. a.* اِسْتِنَارَة Luxit *res. Kam.*; Lucem petiit *ab aliquo c.* ب. *Kam.*; Pavore affecit, fugacem fecit *c. a. Gol.*; Vicit *aliquem c.* على *p. Kam.*

نَار *Fem.* (*subinde et Masc.*) *Plur.* نُور, نِيَار, نِيرَة, نِيرَان, أَنْوَار Ignis. *Kam. Et de* consilio *adhibitam esse dicunt vocem*, *ut in his Corani verbis* لا تستضيئوا بنار اهل الشرك. *Kam.* بنو النار Cognomen Alkahkahi, Aldhannani et Tsaubi poëtarum gentis Banu-Ahmru ben-Tsahlabah. النار النافر Nomen morbi, in quo dolor est ex inflato artu. Dolor cum inflatione ex uno membro in alterum transit et brevi tempore totum corpus percurrit. *Albucas. de chirurg. p.* 442; Cauterium, eove inustum camelo signum. *Kam.*

نَور *Coll.* Flos *arboris*, *vel pec.* albus (*flavus* زهر *appellatur*). *Kam.*

نُور *Pl.* أَنْوَار, نِيرَان Lumen, *sive* lux *ipsa sit*, *sive* radii eius. *Kam.* (*et in* mentem *transfertur*, *unde et hoc nomine appellatur a suis* Muhammedes). *Kam.* فلان نور البلد Quidam celeber est. نور النور Deus. ذو النور Cognomen Thofaili ben-Ahmru Aldausitae. ذو النورين Cognomen Ohtsmani Chalifae. جبل النور Nomen montis et جبل حراء appellati apud Meccam. *Kam.*

نَوَار Fugax, pavida *dorcas*; Meticulosa, suspicionem fugiens *mulier. Kam.*, *et ipsa* Mulier. *Gol.*; *Pl.* نُور Fugiens taurum *vacca. Kam.*; Libidinosa, at ferociam et impetum maris metuens *equa. Kam.*

نورة Instrumentum musicum tenues sonos edens (*in Hispania*). *conf. codicem Tarich Ahmed Almokri f.* 394 *v.*

نَوْرَة Flos, *aliis* albus (*nam flavus* زهر *appellatur*). *Kam.*

نُورَة Linimentum ex pice confectum, quod camelis contra scabiem adhibetur (هناء). *Kam.*; Calx, *pec.* viva, *et* quod ex ea et arsenico conficitur depilatorium medicamentum. *Gol.*; Inusta cauterio nota, signum. *Kam.*

نُورَة Nomen praestigiatricis. *Kam.*

نُور, نُوور, نُوور Fuligo adipis. *Kam.*; Pigmentum e fuligine paratum, *aliis* Pigmentum Indicum (Indigo). *Lebid. Moall. v.* 9 *schol.*; Lapis, quo conspergitur in pulverem redacto gingiva, Glastum. *Kam.*; *it. Plur.* نُور Meticulosa, suspicionem fugiens *mulier. Kam.*

نَيِّر Lux. *Tochfat Ichw. p.* ٢٥٥; Lucidus, clarus, illustris. *Gol.*; Illustrans. *Gol.* النَيِّر من الفكة Nomen stellae, quae etiam nomine منير من الفكة appellatur. *Ideler Unters. p.* 58. نيّر الزورق Nomen stellae. *Ibid. p.* 235.

نُوَّار *Pl.* نَوَاوِير Flos, *aliis* albus (*nam flavus* زهر *appellatur*). *Kam.*

نُوَّارَة Fuligo adipis, qua caerulea cuti inscripta stigmata redduntur viridia. *Gol.*

نَيِّرَة Ictus *vel* iactus conspicuus, *i. e.* nulli non manifestus. *Kam.*; Praestigiatrix, fascinatrix. *Gol.*

نَايِرَة *Pl.* نَوَايِر Inimicitia, simultas, odium. *Gol.*

نُوَيْرَة *Deminut. a* نَار Igniculus. *Gol.*

نُوَارَة *nom. unit. vocis* نُوَّار Flos unus. *Gol.*

نَارِيَّة Essentia et vis ignis. *Gol. ex philos.*

اَلنُّورِيَّة Dioecesis patriarchae *vel* metropolitae. *Gol.*

أَنْوَر Florens nitensque facie, pulcher. *Kam.*; Magis lucens. *Harir. p.* ٤٠٣.

مَنَار Locus lucis. *Kam.* علا منارُه Res floret, tollitur; Signum, *pecul.* viae. *Kam.*; Limes, terminus collimitaneus. *Kam.*; Via recta. *Kam.* ذو المنار Cognomen Abrahae, *regis Arabiae Felicis, ita dicti, quod primus signa in expeditionum suarum viis erexisset, per quas redire vellet. Kam.*

مَنْوَر Nomen loci, *aut* montis. *Gol.* ذات مَنْوَر Ictus *vel* iactus conspicuus nulli non manifestus. *Kam.*

مُنِير *F.* ة Splendens, lucens, illuminans. منير من الفكة Nomen stellae in sidere Coronae. *Ideler Unters. p.* 61.

مَنَارَة *pro* مَنْوَرَة *Plur.* مَنَاوِر, مَنَايِر *et* مَنَايِير Locus lucis. *Kam.*; Lychnuchus, candelabrum, Laterna. *Kam.*; Pharus, *et* Turris delubro apposita, ex qua aedituus Muhammedicus precationis horam promulgat. *Kam.*

مُنَوَّر Parthenium florens. *Taraf. Moall. v.* 8 *schol.*

نورج *Idem quod* نَيْرَج (*Iemanae incolis*), *et idem quod* سراب. *conf.* نرج. *Cod. Lugdun.* 124.

نَوَرْدَجَة (*ex Pers.* نوردة) Res plexae. *Kam. sub voce* كُشْتَة.

نوروز (*vocab. Persic.*) Novus dies, *s.* Primus dies anni apud Persas, qui veris tempore est.

نورس Nomen avis aquaticae albae, quae et زمّج الماء appellatur. *Domair.*

نَوَّزَ II *n. a.* تَنْوِيز Parvum effecit, diminuit *c. a. Kam.*

نَاسَ *F. o. n. a.* نَوْس, نَوَسَان 1) Ultro citroque mota et agitata fuit dependens *res. Kam. Dj.*; 2) Impulit, propulit *camelos c. a. Kam. Dj.* II *n. a.* تَنْوِيس Substitit, commoratus fuit *aliquo loco c.* ب. *Kam.* IV Commovit, agitavit *c. a. r. Kam. Dj.*

نَاس *pro* أُنَاس (*ab* إِنْس *vel* إِنْسَان) Homines: *est nomen collectivum et cum feminino coniungitur. Poëta Motenabbius* هذا الناس *dixit. De Sacy Chrest. Ar. T. III. p.* 44 *adnot. ed. alt.*; *etiam* Genii, daemones. *Kam. Dj.*; Id, quod de tecto domus suspenditur. *Kam.*

نَوَاس Cincinnus pendulus. *Kosegart. Chrest.*

نَوَّاس Vacillans, pendulus, laxus. *Kam. Dj.*

نَاوُوس *Pl.* نَوَاوِيس Arca, qua includitur mortuus. *Meid.*; Magnum regis sepulcrum in Aegypto (*videtur Graecum* ναός). *Abdallat. p.* 219. 508. *Les oiseaux et les fleurs p.* 173.

اَلنَّوَاسِي Uvarum albarum species, ex qua egregiae conficiuntur passae. *Kam.*

مُنَوَّس Extremitate nigricans *dactylus. Kam.*

نَاشَ *F. o. n. a.* نَوْش 1) Cepit, prehendit *rem c. a. Kam., ut cum corripitur barba vel caput. Dj.* ناشه خيرا Compotem reddidit boni. *Dj.*; 2) Quaesivit, petiit *c. a. Kam.*; 3) Incessit. *Kam.*; 4) Celeriter assurrexit. *Kam.* III *n. a.* مناوشة Aggressus et adortus fuit *adversarium in pugna c. a. p. et* ك *vel* ب. *Kam. Djeuh.* V Abstersit mantili *manum* carne *etc.* inquinatam *c. a. Kam.* VI *n. a.* تَنَاوُش Cepit, sumsit. *Kam. Dj.*; Appropluquarunt inter se, invicem aggressi sunt *hostes. Gol.* VIII *n. a.* اِنْتِيَاش Cepit, sumsit. *Kam. Dj.*; Exemit, eduxit *c. a. Kam.*

ناوش *Nomen agent. Fakih. Alchol. p.* ٦١.

نَوُوش Cum vehementia ac vi accipiens prehendensve, *et* Validus, robustus. *Kam.*

نوشادر *et* نشادر Sal ammoniacum. *Reisk. ad libr. Rhaz.*

نَاصَ *F. o. n. a.* نَوْص 1) Retrocessit, retromansit *c.* عن. *Kam. Dj.*; *n. a.* نَوْص Declinavit *ab aliquo c.* عن. *Kam.*; *n. a.* نَوْص, مَنَاص Fugit *c.* عن *p. Dj.*; 2) *n. a.* نَوْص, نَوِيص, نَوَصَان, نِيَاصَة, مَنَاص Movit se. *Kam.*; 3) *n. a.* نَوْص Surrexit *ad aliquem c.* الى *p. Kam.* III Aggressus fuit. *Kam.*; Tractavit *rem c. a. r. Kam.*; Movendo se effugere studuit: *uti arctiorem retium stricturam, quibus capta sit, dorcas c. a. Gol.* IV *n. a.* اِنَاصَة Voluit *c. a. Kam.*; Ad currendum movit se equus. *Gol.* X Retrocessit, retro constitit. *Dj.*; Commovit *c. a. r. Kam.*; Commovit *aliquem* et abduxit *ad rem* sibi necessariam *c. a. p. Kam.*; Commovit se *equus* ad cursum. *Kam.*

نَوْص Onager. *Kam. Dj.*

نَوْصَة *i. q.* مَوْصَة Lotio una, *sive* una strictura. *Kam.*

نَوِيص Robur, potentia, motus. *Dj.*

مَنَاص Refugii locus, perfugium, asylum. *Kam. Dj.*

نَاضَ *F. o. n. a.* نَوْض 1) Peragravit *regionem* et profectus fuit *c.* فى. *Kam. Dj.*; 2) *n. a.* نَوْض Movit *rem* extrahendi causa: *ut paxillum, ramum etc. c. a. r. Kam. Dj.*; Eduxit, emisit *aquam c. a. r. Kam.*; 3) Commutus fuit. *Kam.*; Agitatus, commotus fuit in aëre. *Dicitur* لا زال ينوض الجبل. *Kam.*; 4) *n. a.* نَوْض Micuit, splenduit *fulmen. Kam.* II *n. a.* تَنْوِيض Imbuit *pannum tinctura c. a. et c.* ب. *Kam.* IV Oculis suis prodidit ignorantiam. *Kam.*; Maturos fructus, et qui carpantur idoneos tulit *palma. Kam.*

نَوْض Os coccygis. *Kam.*; Locus, ubi nates iunguntur cum lumbis. *Kam., pec. in* camelo. *Dj.*; *Pl.* أَنْوَاض, *et inde Pl.* أَنَاوِيض Locus, per quem exit aqua. *Kam.*; *Pl.* الأَنْوَاض, الأَنَاوِيض Loci elati. *Dj.*

نَاطَ *F. o. n. a.* نَوْط, نِيَاط 1) Suspendit appenditve *rem c. a., ad aliquid c.* ب *r. Kam. Dj.*; 2) Longinquus, remotus fuit, *de domo. Kam.*; 3) Arbitratu suo, nemine consulto, aggressus est *rem c. a. r. Kam.* b) *Pass.* نِيطَ 1) Tumore نوطة appellato correptus fuit; 2) Appensus additusve fuit *rei alteri c.* ب. *Gol.* II Appendit, *seu* Imposuit, superaddidit, *aliquid* onusto iam *camelo c. a. et c.* على; *n. a.* تَنْوِيط Gravavit *utrem* inungendi ergo *c. a. r. Kam.* IV Tribuit, tradidit *aliquid alicui c. a. r. et* ب *p.*; Tumore نوطة appellato correptus fuit. *Kam.*; Appensus additusve fuit *rei alteri c.* ب. VIII Suspensus fuit, pependit. *Kam.*; Longe abfuit distititve *domus. Dj.*; Commodatus fuit *alicui camelus* deportandi alicunde commeatus ergo *c.* ل *p. Kam.* X Commodavit *alicui camelum* deportandi alicunde commeatus causa. *Kam.*

نَوْط Res suspensa. *Kam. Dj.*; Imposita inter duas iumenti sarcinas sarcinula, aut quid simile. *Kam.*; *Pl.* نِيَاط, أَنْوَاط Cophinus parvus, in quo dactyli *etc.* ponuntur. *Kam.* (qui de camelo suspendi solet). *Dj. Inde proverb. loquendi modus* ان اعيى البعير فزده نوطا Si fatigatus est camelus, addas oneri eius cophinum parvum. *Kam.*; Locus inter animalis clunes et lumbos. *Dj. vide* نوص; Odium, invidia. *Dj.*

نَيْط Vena, qua suspensum est cor (quo inciso animal moritur); *unde* Mors. *Inde* رماه الله بالنيط Male eum perdat Deus. *Dj.*

نَوْطَة Tumor in pectore cameli vel in iugulo vel in inguine, *vel* glandula lethalis, quae in ventre oriri solet. *Kam. Dj.*; Ingluvies avis. *Kam.*; Tamarice, spina Aegyptiaca similibusve plantis abundans terra. *Kam.*; Locus elatior, ut aqua eum non attingat, *vel* medius inter واد et تلعة. *Kam.*; Locus, qui est inter natem عجز et partem, quae متن appellatur. *Kam.*; Odium, invidia. *Kam.*

نَايِط Vena in interiore lumbi (صلب) parte, *vel* Vena longa, qua incisa morbo صفار appellato mederi solent. *Kam. Dj.*

نَيِّط Cuius aqua non e fundo, sed e lateribus manat, *de puteo. Kam.*

نِيَاط Longinquitas *deserti. Kam. Dj.*; *Pl.* نُوط, أَنْوَاط, أَنْوَطَة Id, quo suspenditur arcus, urna (*et de omni re*). *Kam. Dj., vel* Vena crassa, qua suspensum est cor.

Kam.; Vena in interiore lumbi (صلب) parte. المقطعة

النياط Lepus (bene ominando). *Kam. Dj.*; Cor, animus. *Kam.* النياط Duarum stellarum nomen in scorpione, inter quas stella قلب العقرب appellata est. *Kam. conf. Ideler Untersuch. p.* 179. 181.

نَيْطَةٌ Quem quis cum frumentariis mittit, ad petendum sibi commeatum, camelus. *Kam.*

أَنْوَاطٌ *nempe* ذات انواط Nomen arboris. *Dj.*

تَنْوَاطٌ Res de pilento camelino suspensae ornatus ergo. *Kam. Dj.*

تَنُّوطٌ *Coll.* Nomen avis flavi coloris in Bengalia frequentis: *ita dictae, quod ex suspensis de arbore filumentis nidum sibi facit ampullae forma. Kam. Dj. conf. De Sacy Chrest. Ar. T. III. p.* 499 *sq. adn. ed. alt.*

تَنُّوطٌ *Idem. Kam. Dj.*

تناوط Appendix, *et metaph.* Qui se in tribum aliquam ingessit. *Reisk. ad Abulf. Ann. II,* 542.

مَنَاطٌ Distantia. *Prov. locutio* هذا مني مناطُ الثريا. *Kam. Dj.*

مَنُوطٌ Locus, ubi quid suspensum est. *Fakih. Alchol. p.* ٩٣; Suspensus *c.* ب *r. Kam.*; Curae *alicuius* commissus *c.* ب *p. Hamak. Wakid. p.* 38 *text.*; Is, qui inter alios se recepit vel adoptivus. *Kam.*

نَاعَ *F. o. n. a.* نَوْع 1) Petivit, quaesivit *c. a. r. Kam.*; 2) Alas expandit, ut irrueret in praedam, *vultur. Kam.*; 3) Inclinatus fuit, *de ramo. Kam.*; 4) Commotus, perturbatus fuit. *Diw. Djerir.* II *n. a.* تَنْوِيعٌ Commovit et concussit *ramum ventus c. a. Kam.* V Commotus fuit *ramus. Kam.*; In plures *species* divisus, distinctus fuit. *Kam. Dj.*; Praecessit, processitve *in incessu c.* في. *Kam. Dj.* X In species divisus fuit, *de re. Kam.*; Praecessit in incessu. *Kam. vide* استنعى.

نَوْعٌ *Pl.* أَنْوَاعٌ Species *rei c.* من (*subest* generi جنس). *Kam. Dj. Et de* formis coniugationum *in grammatica. De Sacy Gr. Ar. T. I. p.* 125. *Addere placet ex libro Tarifat inscripto vocabuli* نوع *explicationem:* النوع اسم دالّ على اشياء كثيرة مختلفين بالاشخاص — النوع الحقيقى كلّى مقول على واحد او على كثيرين متّفقين بالحقايق فى جواب ما هو فالكلّى جنس والمقول على واحد اشارة الى النوع

المنحصر فى الشخص الواحد وقوله على كثيرين ليدخل النوع المتعدد الاشخاص وقوله متفقين بالحقايق ليخرج الجنس فانه مقول على كثيرين مختلفين بالحقايق وقوله فى جواب ما هو يخرج الثلثة الباقية اعنى الفصل والخاصة والعرض العامّ لانها لا يقال فى جواب ما هو ويسمى به لان نوعيّته انما هى بالنظر الى حقيقة واحدة فى افراده — النوع الاضافى وهى ماهيّة يقال عليها وعلى غيرها الجنس قولا اوليّا اى لا بواسطة كالانسان بالقياس الى الحيوان فانه ماهية يقال عليها وعلى غيرها كالفرس الجنس وهو الحيوان حتى اذا قيل ما الانسان والفرس فالجواب انه حيوان وهذا المعنى يسمّى نوعا اضافيا لان نوعيته بالاضافة الى ما فوقه وهو الحيوان والجسم النامى والجسم والجوهر احترز بقوله اوليّا عن الصنف فانه كلّى يقال عليه وعلى غيره الجنس فى جواب ما هو حتى اذا سئل عن التركى والفرس بما هما كان الجواب الحيوان لكن قول الجنس على الصنف ليس باولىّ بل بواسطة حمل النوع عليه فباعتبار الاوليّة فى القول يخرج الصنف على الحد لانه لا يسمى نوعا اضافيا. Studium, *et* Mutatio corporis. *Gol.*

نُوعٌ Sitis. *Kam. Dj. Hinc dicitur* جُوعًا ونُوعًا Affligat eum Deus fame et siti. *Kam.*

نَوْعَةٌ Fructus humidus et recens. *Kam.*

جَايِعٌ نَايِعٌ *Pl.* جِيَاعٌ نِيَاعٌ (*ita iunctim*) Famelicus (*aliis* نايع inclinatus ob famem). *Kam. Dj.* (*Aliis* نايع *est* sitiens.); Inclinans *ramus. Jac. Schult.*

نَوْعِىٌّ Specificus. *Jac. Schult.*

نَوَايِعُ *Pl. i. q.* مَوَايِلُ Nutantes *rami. Gol.*

مِنْوَاعٌ *i. q.* مِنْوَالٌ Ingum textoris, seu liciatorium. *Kam.*

مُتَنَوِّعٌ Longe dissitus *locus. Kam.*

نَافَ *F. o.* 1) Longus et elatus fuit, *de camelo. Kam. Dj.*; 2) *F. i. n. a.* نَوْفٌ Eminuit exstititve *supra rem c. a. Kam.* (*Djeuharius radicem* نيف *statuit.*); 3) Suxit *mammam puer. Kam.* II Excrevit, excessit *c.* على. *Kam.* IV Eminuit, exstitit *super rem c.* على *r. Kam. Dj.*; Excessit *c.* على. *Kam. Dj.*

نُوفٌ *Pl.* أَنْوَافٌ Gibbi camelini summa pars. *Kam. Dj.*; Clitoris feminae (quae excrescens circumcidi solet). *Kam.*; Vox, *vel* vox hyaenae. *Kam.*

نَيْف et نَيِّف (pro نَيُوف) Quod excedit, augmentum. *Ita dicitur* عَشَرَة وَنَيِّف Decem et plures *vel* plura, amplius quam decem. *Kam.*; Numerus inter numeros denarios. *Kam.*; Numerus ab uno ad tres. *Kam.*; Pars redundans. *Kam.*; Beneficium. *Kam.*

نَيَّاف Longus et procerus, *de camelo et camela. Kam.*; Immmens pars montis.

نَيَّاف (pro نِيوَاف) Longus et procerus, *de camelo. Kam.*

مَنَاف Nomen idoli. *Kam.*

مُنِيفَة Altus *mons* (*poët.*).

نُوفَر et نُوفُر (per aphaeresin pro نِينُوفَر) Nenuphar, nymphaea. *Gol. ex Diosc.* III, 148.

نَاقَ *F.* o. Adipem e carne exemit et mundavit eam. *Unde dicitur* نُقْ نُقْ, *si quando id quis alteri imperare velit. vide* نَوْقَة *seq. Kam.* II Domuit, subegit *camelum c. a. r. Kosegart. Chrestom.* V (*conf.* تَانَقَ) Animum attendit, intendit *in rem c.* فِي. *Kam. Dj.*; *it.* (*uti et* تَنَيَّقَ) Elegans et exquisitus fuit in amictu et victu. *Kam.* VIII *i. q.* اِنْتَقَى. *Kam. Dj.* X اِسْتَنْوَقَ Camelae proprietates attribuit *camelo c. a. Meid.*; Camelae formam moresque induit; Camelae similis factus est *camelus. Kam. Dj.*

يَا نَاقَ O camela mea! (*poëtic.*)

نَاقٌ Stria fissurae similis inter basin pollicis et minimi digiti radices, resplciens lacertum; *et* Locus omnis illi similis, *et pec.* in interiore cubiti flexura, *aut* ad coccygis radicem. *Kam.*; *Coll.* (*nom. unit. c.* ة) Pustulae, quae manui accidunt. *Kam.*

نَوَق Albedo leviter rubore mixta. *Kam.*

نِيق *Pl.* نِيَاق, نُيُوق, نِيَاق, أَنْيَاق Vertex montis. *Kam.* ذَات نِيق Cacumen montis.

نَاوَق *Pers.* ناوه Linter, omnis res cava. *Tochfat Ichw. p.* ٣٥٠.

نَاقَة *Pl.* نَاق, نُوق, نَاقَات, أَنْوُق (*in paucis. Dj.*), أَوْنُق (*Thajjitis*), أَنْوَاق, نِيَاق, أَنْيُق, أَيْنُق (*ab* أَيْنُق *oritur Pluralis* أَيَانِق, *a* نِيَاق *oritur* نِيَاقَات, *tum ab* أَيْنُق *Pluralis deminutivi* أُيَيْنِقَات) Camela. *Kam. Dj.* النَاقَة Stellarum nomen. *Kam.*

نُوقَة Solertia in quavis re tractanda, dexteritas in tractandis negotiis. *Kam.*

نَوَّقَة Ii, qui inter Iudaeos praepositi sunt macellis, ut e carnibus adipem eximentes purificent. *Kam.*

نَيِّق Molliter et delicate vivens. *Kam.*

نِيقَة Cura, quae in res confertur. *Dj.*; Elegantia in amictu et victu. *Kam. Dj.*

نَوَّاق Solers et bene versatus in tractandis rebus. *Kam.*

مُنَوَّق *F.* ة Domitus et exercitatus *camelus. Kam. Dj.*; Maris flore aspersa et foecundata *palma. Kam.*; Ordine serieque dispositus. *Kam.*

نَوِكَ *F. a. n. a.* نَوَك, نَوَاكَة Desipuit, stultus fuit. *Kam.* IV أَنْوَكَ Comperit fatuum *aliquem c. a. p. Kam. Dj.* مَا أَنْوَكَهُ Quam stultus est! *Kam.* X Stultus fuit. *Kam.*

نُوك (*etiam* نَوْك) Stultitia. *Kam. Dj.*

أَنْوَك *Fem.* نَوْكَاء *Pl.* نُوك *Masc. et Fem. et Pl. masc.* نَوْكَى Fatuus, demens. *Kam.*

مُسْتَنْوِك Fatuus, stultus. *Kam.*

نَالَ *F.* o. *n. a.* نَوْل 1) Praebuit, largitus fuit, donavit *c. a. p. vel c.* لِ *p. vel c.* بِ *p. Kam., vel c. a. p. et c.* بِ *r. Kam., c.* لِ *p. et* بِ *r. vel c. a. p. et a. r. Dj.*; Intulit *aliquid alicui c. a. p. et* بِ *r. Inde* Occupavit, affecit *aliquem res*; 2) *F. a. n. a.* نَيْل, نَائِل Munificus et liberalis fuit, et rei operam dedit *c.* بِ *r. Dicitur* نَالَت المَرْأَة بِالحَدِيث *et* بِالحَاجَة. *Kam.*; 3) *Passiv.* Donatus fuit, accepit *rem c. a. r. Gol.* II *n. a.* تَنْوِيل Praebuit, dedit *c. a. p. vel c.* عَلَى *p. vel c.* لِ *p. Kam.* III Dedit; praebuit, porrexit, obtulit *c. a. p. et a. r. Kam. Dj.* IV Dedit, fecit, ut assequeretur *c. a. p. et a. r. Kam.* مَا أَنْوَلَهُ Quam multa dona dat. *Kam.*; Iuravit *per Deum c.* بِ. *Kam.*; Proventu dives, metallo multo praedita fuit *minera. Kam.* VI *n. a.* تَنَاوُل, تَنَاوُل Cepit, sumsit *c. a. Kam. Dj.*; Sustulit, abs-

tulit. *Gol. ex Mar.*; Excepit, perstrinxit *aliquem turpi modo c. a. p. et* ب *r. Gol. app.*; Decuit, licuit; Comedit, voravit, potavit *c. a. Gol.*

نَالٌ Donum. *Kam.*; *Pl.* أَنْوَالٌ Munificus et liberalis *vir. Kam.*

نَوْلٌ Donum, Modus. *Gol.*; Quod oportet *aut* convenit, officium, quodque praestari debet. *Dicunt* نَوْلَكَ أن تفعل كذا Convenit tibi, ut hoc facias. *Kam. Dj.*; *Pl.* أَنْوَالٌ Iugum textoris. *Kam. Dj.*; Alveus fluentem continens aquam. *Kam.*; (*Graec. ναῦλον*) Naulum, quod pro navi aut vectura solvitur. *Kam.*

نَيْلٌ Quod quis consequitur. *Gol.*

نَوَالٌ Donum. *Kam. Dj.*; Portio. *Kam.*; Rectum. *Dicitur* ليس هذا بالنوال. *Dj.*; Quod oportet *aut* convenit, officium, quodque praestari debet. *Inde* نوالك أن تفعل كذا Decet te facere hoc. *Kam.*

نَائِلَةٌ Ambitus regionis sacrae Meccae, *vel* Regio Meccana. *Kam.*

نَوْلَةٌ Donum. *Dicitur* ما اصاب منه نولة; Osculum. *Dicitur* ما اصبت من خدها نولة. *Kam.*

نَايِلٌ Donum. *Kam. Dj.*

نَائِلَةٌ Nomen idoli (*apud Koraischitas culti. Dj.*). *Kam.*

مَنَالٌ Impetratio rei; Donum. *Fakih. Alchol. p.* ٥.

مِنْوَالٌ *et* مِنْوَلٌ Iugum textoris, *vulgo* liciatorium. *Kam. Dj. Inde* على هذا المنوال Ad hunc modum, ad hanc normam, *et* على منوال واحد Uniusmodi sunt: pares ingenio, et moribus similes. *Kam. Dj.* منوالك ان تفعل كذا Decet te ita facere. *Kam.*

مَنُولَةٌ Nomen mulieris, a qua tribus originem duxit. *Kam.*

مناولة Quod aliquis alteri tradit librum, quem illi praelegit aut explicavit, et dicit: tibi veniam do hunc librum mea auctoritate referendi. *Tarifat.*

مُتَنَاوَلٌ Quicquid sumitur, *pec.* ad edendum *vel* bibendum, *sive* quod editur *aut* bibitur. *Gol.*

نَوْلُون Naulum. *Habicht. epist. Arab.*

نَامَ 1) *F. o. n. a.* نَوْمٌ Dormiendo vicit *alterum c. a. p. vide Coni.* III. *Kam. Dj.*; 2) *F. a. n. a.* نَوْمٌ, نِيَامٌ Dormivit *vel* dormitavit. *Kam. Dj.*; Pellem mutans quievit bombyx. *Tum quoque in alias res transfertur significatio, ex. gr.* نام الخلخال Strepitum non edidit compes. *Kam.* نام السوق Friguit forum, quum parum exerceretur mercatura. نام الريح Quievit ventus. نام النار Extinctus fuit ignis. نام البحر Tranquillum fuit mare. نام الثوب Tritus fuit pannus. نام الرجل Humiliavit se Deo vir. نامت الشاة Mortua fuit ovis. نام اليه Acquievit in eo et tranquillus fuit. *Kam.* II Somnum inire iussit, sopivit *c. a. p. Kam.* III Certavit dormiendo, uter magis dormiret *c. a. p. Kam. Djeuh.* IV Dormire iussit, sopivit *c. a. p. Kam. Dj.*; Dormientem invenit *aliquem c. a. Kam.*; Interemit *c. a. p. Kam.*; Afflixit *aliquem annus sterilis c. a. p. Kam.* V Puber fuit *vir. Kam.* VI Somnum finxit, dormire se simulavit. *Kam. Dj.* X Dormire se simulavit. *Kam.*; Acquievit *in alio*, fretus *aliquo* tranquillus fuit *c.* الى. *Kam. Dj.*

نَوْمٌ Somnus; *Pl.* أَنْوَامٌ Somnium. *Gol. ex Gen.* xxxvii, 6; *et Plur. vocis* نايم *vel nomen collectivum* Dormientes *vel* dormitantes. *Kam.*

نِيمٌ Vestis externa incisis fimbriis instructa, qua se involvit dormiturus. *Kam.*

نَامَةٌ Locus adiacens pudendis feminae (*ut videtur versus podicem*) (قاعة الفرج). *Kam.*

نُوَامٌ Somnolentia, propensio in somnum. *Kam. Dj.*

نَوْمَةٌ Somnus. *Jac. Schult.*

نُومَةٌ Socors. *Dj.*; Qui ceu dormitando praetermittitur. *Gol.*

نُومَةٌ Somnolentus, multum dormiens. *Kam. Dj.*; Socors. *Kam.*

نُومٌ *comm. gen.* Multum dormiens, somnolentus, somno deditus. *Kam.*

نَايِمٌ *Fem.* ة *Pl.* نُوَّمٌ, نِيَامٌ, نُوَّمٌ, نِيَمٌ, نِيَمٌ, نُوَّامٌ, نِيَامٌ Dormiens. *Kam. Dj.* لَيْلٌ نَايِمٌ Nox, qua quis dormit. *Dj.* نَايِمُ التُّرَابِ Terra, quae pedibus non conculcatur. *conf.* يقظان.

نُوَيْمٌ Socors. *Kam.*

نِيمَةٌ Modus dormiendi, somnus, *vel* dormitare. *Kam. Dj.*; Alimentum. *Dicitur* ما له نيمة ليلة. *Kam.*

نَوْمَان Nomen plantae. *Kam.*; Multum dormiens. *Nonnisi in invocando adhibetur* يا نومان O multum dormiens! *Kam. Dj.*

نَائِمَة *Pl.* نُوَّم Dormiens *femina. Kam.*; Mors. *Kam.*; Serpens. *Kam.*

أَنَام Homines. *vide in* انم.

أَنْوَم Magis in somnum propensus. *Meid.*

مَنَام Locus, ubi dormitur, dormitorium. *Kam.*; Somnium. *Gol. ex Psalm.* XXXVIII, 15.

مَنَامَة Locus, ubi dormitur, dormitorium. *Kam.*; Vestis externa incisis fimbriis instructa, qua corpus involvit dormiturus. *Kam. Dj.*; Taberna. *Kam. Dj.*

مُسْتَنَام Locus depressior, in quo restagnat aqua. *Kam.*

نُون *Fem.* (*Plur.* نُونَات) Littera Nun. نون التاكيد Littera ن, quae verborum formis adiungitur, ut vis earum augeatur. *De Sacy Gramm. Arab. T. I. p.* 155. نون الوقاية Littera ن, quae cum pronomine primae personae, quum verbo additur, coniuncta est. *Appellatur quoque* نون العماد. *Ib. p.* 457; *it. nom. gen., Pl.* نِينَان *et* أَنْوَان Piscis maior. *vide* نونة; *unde* ذو النون Ionas propheta (*quod inglutitus dicitur a pisce*). *Kam. Dj.*; Acies gladii. *Kam. Dj.*; *et hinc* ذو النون Gladii cuiusdam cognomen. *Kam.* (*vel quod pisci similis*). ذو النونَيْن Cognomen gladii. *Kam.*; Atramentarium. *Kam. In libro Tarifat inscripto legitur vocabuli* النون *explicatio, quam addere placet:* النون هو العلم الاجمالى يريد به الدواة فان الحروف التى هى صور العلم موجودة فى مدادها اجمالا وفى قوله تعالى نّ والقلم وهو العلم الاجمالى فى الحضرة الاحدية والقلم حضرة التفصيل.

نَوَّن Littera Nun affecit, *pec.* Nun vocali signavit, *vel* cum ea extulit *nomen c. a.*

نُونَة Piscis unus maior. *Kam.*; Lacunula in pueri mento. *Kam.*; Rectum. *Dicitur* قال نونة. *Kam.*; *Idem quod* كَعْكَبَة. *Kam. s. v.* كعكب.

تَنْوِين Nunatio, *i. e.* quod cum littera ن in fine nomen enunciatur signo ـً *vel* ـٌ superscripto aut ـٍ subscripto. *Variis autem nominibus, quum diversimode adhibetur, res appellata est a grammaticis ex. gr.* تنوين التمكين, تنوين العوض, تنوين النكرة, تنوين التنكير, تنوين المقابلة, تنوين الترنم, تنوين الخفض. *De Sacy Gramm. Ar. T. I. p.* 38. 410 *sqq.*

نَاهَ *F. o. n. a.* نَوْه 1) Elata fuit *res. Kam. Dj.*; 2) Caput extulit et sonum edidit *bubo. Kam.*; Surrexit *planta. Dj.*; 3) Firmus fuit *animus. Kam.*; 4) *n. a.* نَوْه Implevit *iumentum herba*, sed non omnino satiavit *c. a. Kam.*; 5) *F. o. et a. n. a.* نوه Abstinuit, noluit, aversus fuit *a re c.* عن *r. Kam.* II *n. a.* تَنْوِيه Elevavit *rem c. a. r.*; Extulit, elevavit laude *aliquem c. a. p. Kam. Et dicitur* نوّهت باسمه Nomen eius laudando extuli. *Dj.*; Vocavit magna voce *aliquem c. a. p. vel c.* ب *p. Kam.* V Elatus fuit.

نُوه Aversio a re, relictio. *Kam.*

نُوه *Idem. Kam.*

نُوه *pro* نوح. *Kam.*

نَوْهَة Comestio una, quantum una vice comedi potest. *Kam.*

نَوَاهَة *pro* نَوَاحَة. *Kam.*

نَوَى *F. i. n. a.* نِيَة, نِيَّة (نَوَاة. *Dj.*) 1) Intendit, proposuit sibi *rem c. a. r. Kam. Dj.*, *vel cum* ان *Futuri.* نوى فى ضميره ان In animum induxit *abire*; 2) Custodivit, servavit *aliquem c. a. p. Kam.* نواك الله Custos tibi et comes sit in itinere Deus. *Sic bene precantur iter meditanti.* نواه الله بنوائه Propitius ei fuit, et e voto rem evenire sivit Deus; 3) Proiecit *ossicula dactylorum c. a. vide* نواة. *Kam. Dj.*; Abiecit vocalem vel litteram. *Hamas.*; 4) *n. a.* نَوًى, نِيَّة Longe remotus fuit *ab aliquo. Kam.*; 5) Transmigravit *ab uno loco in alium c.* من *l. et* الى *alt. Kam.*; 6) *F. i. n. a.* نَيً, نَوَايَة Pinguis evasit *camelus. Kam. Dj.* II *n. a.* تَنْوِيَة Proiecit *ossicula dactylorum c. a. Kam.*; Perfecit et exsequutus fuit *rem suam*; *n. a.* تَنْوِيَة Os in se perficere incepit *maturescens dactylus. Kam.*; Sivit *aliquem* sequi propositum suum *c. a. p. Dj. vide* نوى *seq.* III Surrexit *contra aliquem*, opposuit se *ei*, adversatus fuit *c. a. p. conf.* نوأ. *Dj.* IV *n. a.* إِنْوَاء Proiecit *ossicula dactylorum c. a.*, *et*

etiam absolute. Kam. Dj.; Longe remotus fuit, *vel* Multa fecit itinera, diu peregrinatus fuit. *Kam.*; Perfecit *rem necessariam c. a. r. Kam.*; Os in se perfecit *dactylus maturescens. Kam.*; Operuit *camelum adeps c. a. Kam.* V Intendit, proposuit sibi *rem c. a. r. Kam. Dj.* VIII Intendit, proposuit sibi *rem c. a. r. Dj.*; Perfecit *rem necessariam c.* ب *r. Dj.*; Delegit sibi proposuitque, ad quod tenderet, *hospitium hoc vel illo loco c. a. et c.* ب *l. Dj.* X Proiecit ossicula dactylorum. *Kam.*

نَاوٍ (*et Fem.* نَاوِيَةٌ) *Pl.* نُوَّاءٌ Pinguis, *de camelo mare et femina. Kam. Dj.*

نَوًى Animi propositum, intentio. *Kam.*; Modus. *Gol.*; *Fem.* Absentia, discessus, distantia. *Kam.*; *gen. Fem.* Tractus, ad quem tendit aliquis, *sive* longe *sit*, *sive* prope. *Dicitur* نوى نَوًى بعيدا. *Kam. Dj.*; *Masc. et Fem.*, *Pl.* أَنْوَاءٌ Nucleus seu ossiculum dactyli. (*Sunt, qui pluralem vocis* نواة *esse dicant.*); Domus. *Kam.*; Peregrinatio, discessus, migratio de loco in locum. *Kam.* استقر نواهم Substituerunt, commorati sunt. *Gol.*; Locus pudendorum, in quo circumciditur puella. *vide* بظر. *Kam.* بَنُو نَوًى Nomen gentis. *Kam.*

نَىٍ (*pro* نَوًى) Adeps. *Kam. Dj.*

نِىٌ Pinguedo. *Kam.*

نَوَاةٌ *Pl.* نَوًى *Pl. Pl.* نِوِىٌ, نُوِىٌ, أَنْوَاءٌ Dactyli ossiculum unum. *Kam.*; Res necessaria. *Dj.*; Numerus viginti *vel* decem, *etiam* uncia auri, *aut* quatuor aurei, *vel* Pondus quinque drachmarum *vel* trium *vel* trium et dimidii. *Kam. Dj.*

نِيَّةٌ Intentio, animi propositum. *Kam.*; Res factu necessaria. *Dj.*; Distantia. *Kam.*

نَوِىٌّ Eiusdem intentionis animique socius. *Dj.*

نَاوِيَةٌ Pinguis *camela. Kam. Dj.*

ابل نَوَوِيَةٌ Dactylorum nucleos edentes cameli. *Kam. Dj.* *vide* نوى *et* نواة.

مَنْوًى *Pl.* مَنَاوٍ Intentus, propositus. *Jac. Schult.*

نَاءَ *Fut.* يَنِيءُ *n. a.* نَىْءٌ, نُيُوءٌ, نُيُوءَةٌ Non bene coctus, crudus fuit, *de carne. Kam.*; Longe remotus fuit. *conf.* نأى. *Kam.* II Non bene coxit *carnem c. a. r. Kam.*; Non bene et firmiter tractavit perfecitve *rem c. a. r. Kam.* IV *n. a.* إِنَآءَةٌ Non bene coxit *carnem*, semicoctam reliquit *c. a. r. Dj.*

نِىءٌ Crudus, semicoctus, *de carne. Kam. Dj.*

نَابَ *F. i.* Laesit in dente canino *aliquem c. a. p. vide* ناب. *Kam. Dj.* II Dentem suum, *pec.* caninum, infixit *sagittae, uti fit* ad explorandam ligni conditionem *c. a. Kam. Dj.*; Momordit. *Harir. p.* ٩١; Annosa et aetate confecta fuit *camela. Kam. Dj.*; Radices egit *planta. Kam.* V Radices egit *planta. Kam.*

نَابٌ *Fem.* *Pl.* نيوب, أَنْيُبٌ, أَنْيَابٌ, أَنَايِيبُ Dens acutus sive caninus, qui quatuor incisoribus a latere proximus. *Kam. Dj.* (*et in brutis quibusdam exsertus prostat*); *Pl.* أَنْيَابٌ Princeps gentis, familiae caput. *Kam. Dj.*; *Pl.* أَنْيَابٌ, نُيُوبٌ, نِيبٌ Annosa camela (*non de camelo*) (*ut dentibus illis prominentibus conspicua*). *Kam. Dj.*

نُيُوبٌ Camela annosa. *Kam.*

أَنْيَبُ Magnum habens caninum dentem. *Kam.*; *Pl.* نِيبٌ Annosus, *de camelo. Diw. Hudseil.*

مُنِيبٌ Pluvia bona ac copiosa, Ver pulchrum et egregium. *vide in* نوب.

نَاتَ *F. i. n. a.* نَيْتٌ Inclinatus fuit, nutavit ob imbecillitatem. *conf.* نوت. *Kam. Dj.*

